7ª 1650

Motacilla. æ. torçequello // auis bacchi-
ca, i. auis baccho con secrata atq dedicata

r loces, i. locare debes q ore, con el pico, q com
pacet. phage q Amuletum, defension. q pa
gasæus, exuuitate, pagasa q phasiacus
de Medea, i. exuuito te phasis, q

arguere, i. indicare, ut apud verg. Degene
res animos timor arguit, i. indicat q hic
et hæc et hoc salax, cosa luxuriosa.
q mus sarmaticus, aut zibellus, el ar
mino, donde viene el proverbio, es mas
limpio que el armino
q Muscus, i. el almizcle. q

q Quisquis est inertis abeat, unde prouer
bium est pythagoricum, Ne insideas chœ
nici: no estes a peraçoso no te conten
con un poco que sabes o tienes

q Remora, æ, tardanaue q Impeti
ditio est poetica et nullum alium casum ha
bet q Ardeo la, æ la garça, q commenta, æ
comminiscor, eris, inventar, fingir q caueo
eo, i. caudam moueo q Ardelio, brilla
brilla, bollicio

q Carex, 16 B

Theognis Megarensis.

μηδὲν ἄγαν σπεύδαν πάντων μέσ' ἄριστα, καὶ οὕτως ἕξεις ἀρετὴν, ἣν τελέσειν χαλεπόν.

id est. non supra modum stude alicui rei: media enim optima. Sic habebis uirtutem, quam capere difficile est.

Luis de Toledo
Wibaldos
1574

100 – 3.

1.45-12 n° 5/1537

Digitized by Google

[illegible]

S. 20344 L.

EMBLEMATA
ANDREÆ ALCIATI
Iuriſconſulti claꝛiſsimi.

De la casa Professa de la Comp.ª Libreria De Jesus De Madrid

Locorum communium ordine, ac Indice, nouiſq; poſteriorum eiconibus aucta.

Corregido segun el expurgat.º de el año de 1707
Man. Fz. de la Quadra

REM MAXIMAM SIBI



PROMITTIT PRVDENTIA.

LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium,
Sub Scuto Veneto.

1548
CVM PRIVILEGIO.

UNIVERSIDAD CENTRAL · FILOSOFIA Y LETRAS · BIBLIOTECA

Ad Lectorem.

ANDREAE ALciati Patricij Mediolanenſis, Iuriſconſultorum eloquentiſſimi, & eloquentium iuriſconſultiſſimi Emblemata, quæ vir ille nunquam ab literis feriatus dum à ſeuerioribus legum ſtudijs reſpirat: & humanæ literaturæ Muſis amœnioribus recreatur: ludendo effudit ἀφοριστικῶς, καὶ ἀνακολούθως: prout varium vel ſenſibus externis, vel commentationibus internis ſeſe offerebat argumentum. Ea nos ſub generalibus præcipuarum rerum capitibus in locos communes, tanquam in certas claſſes digeſſimus: à ſummis ad ima progredientes. Non eo ſanè conſilio, vt autore ipſo in œconomia ſui operis, aut diligentiores, aut concinniores videri ſtudeamus: ſed vt illius luſus, in communes vſus adducamus. Eius operis duplici habita ratione, voluptatis nimi-

rum, & vtilitatis. Priore quidem, vt ſpecioſior quædam operis forma extaret oculis legentium, ſingula ſuo quæque collocata loco conſiderantium. Compoſita namque ſparſis, & ordinata cõfuſis, fere ſolent apparere pulchriora. Altera autem, vt facilior, & promptior eſſet quærentibus inuentio. Etenim expeditius eſt, diuerſi res generis in ſuum quaſque ordinem & locum diſpoſitas: quàm in turbam temerè congeſtas inueſtigare, ſi quãdo ijs opus habemus vtendum. Porro vſus Emblematum, præter gratiam, ac voluptatẽ ex iucunda nouitate, quæ tædium leuat, breuẽ ſententiæ argutiam, quæ animum pungit, numeroſam verſuum ſuauitatẽ, quæ aures mulcet, τῶν εἰκόνων picturam nõ inanem, que oculos paſcit, Etiã ille (inquam) vſus eſt, vt quoties rebus vacuis complementum, nudis ornamẽtum, mutis ſermonem, alogis rationem tribuere, aut certè affingere velit quiſpiam, is ex Emblematum libello, tanquam ex prom-

Digitized by Google

ptuario inſtructiſsimo habeat quod domeſticis parietibus, vitreis feneſtris, aulæis, periſtromatis, tabulis, vaſis, ſignis, anulis ſigillaribus, veſtimentis, menſæ, fulcro, armis, gladio, ſupellectili denique omni, nuſquãnon, inſcribere, & impingere poſsit, ad hoc ſcilicet vt vſquequaque loquax, & aſpectu iucunda ſit rerum ad vſum communem ſpectantium facies. Quare & ipſe Alciatus, ſua hæc epigrammata appellatione conuenientiſsima inſcribi voluit Emblemata. Sunt enim Emblemata vermiculata opera ex teſsellis inſititijs apta & compoſita, interprete Budæo, quod & ipſa vocabuli Græci origo oſtendit. Quiſquis igitur & ſententiæ breuis acumine, & feſtiua imagine res ſuas decorare volet: ex hoc libello abunde habiturus eſt, vnde ſibi deſumat quod ad rẽ quamlibet accomodari poſſe videatur, idq́ue promptiſsimè, & facilimè. adaptato nimirum ſuo commento ad ſumma rerum genera, & ſingulas generum formas ſuo quaſque ordinẽ

diſpoſitas, iuxta rerum naturalem ſeriem, & vſum communem. Quarum etiam index tabula ſubiecta eſt operi vniuerſo, à multis, & magnis, quibus vitiatum erat mendis expurgato, & planè reſtituto εἰς τὸν αὐτόγραφον.

Digitized by Google

CLARISSIMI VIRI


ANDR. ALCIATI

in Librum primum Emblematum præfatio, ad Chonradum Peutingerum Auguſtanum.

Dum pueros iuglans, iuuenes dum teſſera fallit,
Detinet & ſegnes chartula picta uiros:
Hæc nos feſtiuis Emblemata cudimus horis,
Artificum illuſtri ſignáque facta manu:
Veſtibus ut torulos, petaſis ut figere parmas,
Et ualeat tacitis ſcribere quiſque notis.
At tibi ſupremus precioſa nomiſmata Cæſar,
Et ueterum eximias donet habere manus.
Ipſe dabo uati chartacea munera uates,
Quæ (Chonrade) mei pignus amoris habe.

Digitized by Google

In Deo lætandum.



Aſpice ut egregius puerum Iouis alite pictor
Fecerit Iliacum ſumma per aſtra uehi? i· Ganymede
Quis ne Iouem tactum puerili credat amore?
Dic, hæc Mæonius finxerit unde ſenex? i·Homerus
Conſilium, mens atque Dei cui gaudia præſtant:
Creditur is ſummo raptus adeſſe Ioui.

Digitized by Google

Sapientia humana, ſtultitia eſt apud Deum.



Quid dicam? quonĩ hoc compellē nomine mōſtrum
Biforme: quod non eſt homo, nec eſt draco?
Sed ſine uir pedibus, ſummis ſine partibus anguis,
Vir anguipes dici, & homiceps anguis poteſt.
Anguē pedit homo, hominē eructauit & anguis,
Nec finis hominis eſt, initium nec eſt feræ.
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis,
Sic & gigantes terra mater protulit.
Hæc uafrûm eſt ſpecies. ſed relligione carentem,
Terrena tantum quique curet, indicat.

Digitized by Google

Ficta Religio.



Regali reſidens meretrix pulcherrima ſella
Purpureo inſignem geſtat honore peplum.
Omnibus & latices pleno è cratere propinat,
At circum cubitans ebria turba iacet.
Sic Babylona notant. quæ gentes illice forma,
Et ficta ſtolidas relligione capit.

Digitized by Google

Non tibi, ſed religioni.



Iſidis effigiem tardus geſtabat aſellus,
Pando uerenda dorſo habens myſteria.
Obuius ergo Deam quiſquis reuerenter adorat.
Piáſque genibus concipit flexis preces.
Aſt aſinus tantum præſtari credit honorem
Sibi: & intumeſcit admodùm ſuperbiens,
Donec eum flagris compeſcens dixit agaſo,
Non es Deus tu (aſelle) ſed Deum uehis.

DEVS SIVE RELIGIO.

Qua Dij vocant eundum.



In triuio mons eſt lapidum: ſupereminet illi
Trunca Dei effigies, pectore facta tenus,
Mercurij eſt igitur tumulus. Suſpende uiator
Serta Deo: rectum qui tibi monſtrat iter.
Omnes in triuio ſumus, atque hoc tramite uitæ
Fallimur, oſtendat ni Deus ipſe uiam.

VIRTVTES.

FIDES.


Fidei ſymbolum.



Stet depictus Honos *tyrio uelatus amictu,*
Eiusq; iungat nuda dextram Veritas.
Sitq; Amor *in medio caſtus: cui tempora circum*
Roſa *it,* Diones *pulchrior* Cupidine.
Conſt*ituunt hæc ſigna fidem, reuerentia* Honoris
Quam fouet, alit Amor, *parturitq;* Veritas.

Digitized by Google

Fœdera.



Hāc citharam, à lembi quæ forma halieutica fertur
Vendicat & propriam Muſa Latina ſibi,
Accipe Dux, placeat noſtrū hoc tibi tēpore munus,
Quo noua cum ſocijs fœdera inire paras.
Difficile eſt, niſi docto homini, tot tendere chordas:
Vnáque ſi fuerit non bene tenta fides.
Ruptáue (quod facile eſt) perit omnis gratia cōchæ,
Illéque præcellens cantus, ineptus erit.
Sic Itali coëunt proceres in fœdera: concors.
Nil eſt quod timeas: ſi tibi conſtet amor.
At ſi aliquis deſciſcat (uti plerunque uidemus)
In nihilum illa omnis ſoluitur harmonia.

Digitized by Google


Silentium.



Cùm tacet: haud quicquam differt ſapiẽtibus amẽs.
Stultitiæ eſt index linguáque, uoxq; ſuæ.
Ergo premat labias: digitóque ſilentia ſignet.
Et ſeſe Pharium uertat in Harpocratem.

Digitized by Google

Non vulganda conſilia.



Limine quod cæco, obſcura & caligine monſtrum
Gnoſiacis clauſit Dædalus in latebris:
Depictum Romana Phalanx in prælia geſtat,
Semiuiróque nitent ſigna ſuperba boue.
Nóſque monent: debere ducum ſecreta latêre
Conſilia. autori cognita techna nocet.

Digitized by Google


Nec quæſtioni quidem cedendum.



Cecropia effictam quam cernis in arce Leænam,
Harmodij (an neſcis hoſpes?) amica fuit.
Sic animum placuit monſtrare uiraginis acrem
More feræ, nomen uel quia tale tulit.
Quòd fidibus contorta, ſuo non prodidit ullum
Indicio: elinguem reddidit Iphicrates.

PRVDENTIA.


Conſilio, & virtute Chimæran ſuperari, id eſt, fortiores & deceptores.



Bellerophon (ut fortis eques) ſuperare Chimæram,
Et licij potuit ſternere monſtra ſoli.
Sic tu Pegaſeis uectus petis æthera pennis.
Conſilióque animi monſtra ſuperba domas.


Digitized by Google

Vigilantia, & cuſtodia.



Inſtantis quòd ſigna canens det gallus èôi,
Et reuocet famulas ad noua penſa manus:
Turribus in ſacris effingitur: ærea mentem
Ad ſuperos peluis quòd reuocet uigilem,
Eſt leo, ſed cuſtos oculis quia dormit apertis:
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Νῆφε καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Sobriè viuendum: & non temerè credendum.



Ne credas (Epicharmus ait) non ebrius eſto,
Hi nerui, humanæ membraq́; mentis erunt:
Ecce oculata manus credens id quod uidet. Ecce
Pulegium, antiquæ ſobrietatis olus,
Quo turbam oſtenſo ſedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida ſeditione grauem.


Digitized by Google

Πῆ παρέβην? τί δ' ἔρεξα: τί μοι? δέον, οὐκ ἐτελέσθη? Quid exceſsi? quid admiſi? quid omiſi?




Italicæ Samius ſectæ celeberrimus autor
Ipſe ſuum clauſit carmine dogma breui.
Quò prætergreſſus? quid agis? quid omittis agendū?
Hanc rationem urgens reddere quenque ſibi.
Quod didiciſſe gruum uolitantum ex agmine fertur
Arreptum geſtant quæ pedibus lapidem,
Ne ceſſent, neu tranſuerſas mala flamina raptent.
Qua ratione hominum uita regenda fuit.

Prudentes. Problema.



Iane bifrons, qui iam tranſacta, futuraq́; calles,
Quiq́; retro ſannas (ſicut & ante) uides,
Tot te cur oculis, tot fingunt uultibus? an quòd
Circunſpectum hominem forma fuiſſe docet?

Prudens, magis quàm loquax



Noctua Cecropijs inſignia præſtat Athenis,
Inter aues ſani Noctua conſilij.
Armiferæ merito obſequijs ſacrata Mineruæ eſt,
Garrula quo cornix ceſſerat ante loco.

Digitized by Google

Maturandum.



Maturare iubent properè, & cunctarier omnes.
Ne nimium præceps, neu mora longa nimis.
Hoc tibi declaret connexum echeneide telum,
Hæc tarda eſt, uolitant ſpicula miſſa manu.

In deprehenſum.



Iamdudum quacunque fugis te perſequor. at nunc
Caßibus in noſtris denique captus ades.
Amplius haud poteris uires eludere noſtras.
Ficulno anguillam ſtrinximus in folio.

Digitized by Google

Cuſtodiendas virgines.



Vera hæc effigies innuptæ eſt Palladis. eius
Hic Draco: qui dominæ conſtitit ante pedes.
Cur diuæ comes hoc animal? cuſtodia rerum
Huic data. ſic lucos, ſacraq́; templa colit.
Innuptas opus eſt cura aſſeruare puellas
Peruigili. laqueos undique tendit amor.

Digitized by Google

Vino Prudentiam augeri.



Hæc Bacchus pater, & Pallas communiter ambo
Templa tenent, ſoboles utraque uera Iouis.
Hæc caput, ille femur ſoluit. huic uſus oliui
Debitus: inuenit primus at ille merum.
Iunguntur merito. quòd ſi qui abſtemius odit
Vina: Deæ nullum ſentiet auxilium.

Digitized by Google

Prudentes vino abſtinent.



Quid me uexatis rami? ſum Palladis arbor.
Auferte hinc botros. uirgo fugit Bromium.

Digitized by Google

In ſtatuam Bacchi.

DIALOGISMVS.



Bacche pater: quis te mortali lumine nouit?
Et docta effinxit quis tua membra manu?
Praxiteles: qui me rapientem Gnoſida uidit.
Atque illo pinxit tempore qualis eram.

Digitized by Google

Cur iuuenis, teneráque etiam lanugine uernat
Barbaſqueas Pylium cùm ſuperare ſenem?
Muneribus quandoque meis ſi parcere diſces
Iunior, & forti pectore ſemper eris.
Tympana non manibus, capiti non cornua deſunt.
Quos (niſi dementeis) talia ſigna decent?
Hoc doceo, noſtro quòd abuſus munere ſumit
Cornua: & inſanus mollia ſiſtra quatit.
Quid uult ille color membris penè igneus? (omen
Abſit) an humanis ureris ipſe focis?
Cùm Semeles de uentre parens me fulmine traxit
Igniuomo: infectum puluere merſit aquis.
Hinc ſapit hic, liquidis qui nos bene diluit undis:
Qui non ardenti torret ab igne iecur.
Sed nunc me doceas quî uis miſcerier? & qua
Te ſanus tutum prendere lege queat?
Quadrantem addat aquæ, calicem ſumpſiſſe falerni
Qui cupit. hoc ſumi pocula more iuuat.
Stes intra heminas: nam qui procedere tendit
Vltrà: alacer, ſed mox ebrius inde furit.
Res dura hæc nimium. ſunt pendula guttura, dulce
Tu fluis. Heu facilè commoda nulla cadunt.

quamquam verbo laedas, laederis et ipse.
[illegible] impia quapropter desine verba loqui

IVSTITIA.


Nec verbo,nec facto quenquam lædendum.



Aſſequitur,Nemeſiſq; uirûm ueſtigia ſeruat.
Continet & cubitum,duraq; fræna manu.
Nè malè quid facias:né ue improba uerba loquaris.
Et iubet in cunctis rebus adeſſe modum.

Digitized by Google

Tandem, tandem Iuſtitia obtinet.



Aeacidæ Hectoreo perfuſum ſanguine ſcutum,
Quod Græcorum Ithaco concio iniqua dedit:
Iuſtior arripuit Neptunus in æquora iactum
Naufragio.ut dominum poſſet adire ſuum.
Littoreo Aiacis tumulo nanque intulit unda:
Quæ boat: & tali uoce ſepulchra ferit.
Viciſti Telamoniade,tu dignior armis.
Affectus fas eſt cedere iuſtitiæ.

Digitized by Google

IVSTITIA.

Etiam ferociſsimos domari.



Romanum poſtquàm eloquium, Cicerone perĕpto,
Perdiderat patriæ peſtis acerba ſuæ:
Inſcendit currus uictor: iunxitque leones:
Compulit & durum colla ſubire iugum.
Magnanimos ceßiſſe ſuis Antonius armis,
Ambage hac cupiens ſignificare duces.

IVSTITIA.

Gratiam referendam.



Aërio inſignis pietate Ciconia nido,
Inueſtes pullos pignora grata fouet.
Taliáque expectat ſibi munera mutua reddi:
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
Nec pia ſpem ſoboles fallit: ſed feſſa parentum
Corpora fert humeris: præſtat & ore cibos.

Digitized by Google

Abſtinentia.



Marmoreæ in tumulis una ſtat parte columnæ
Vrceus, ex alia cernere malluuium eſt.
Ius hæc forma monet dictum ſine ſordibus eſſe,
Defunctum puras atque habuiſſe manus.

Digitized by Google

Bonis à diuitibus nihil timendum.




Iunctus contiguo Marius mihi pariete, nec non
Subbardus, noſtri nomina nota fori,
Aedificant bene nummati, ſataguntq́; uel ultrò
Obſtruere heu noſtris undique luminibus.
Me miſerum, geminæ quem tanquã Phinea raptãt
Harpyiæ, ut proprijs ſedibus eijciant.
Integritas noſtra, atque animus quæſitor honeſti,
His niſi ſint Zetes, his niſi ſint Calais.

FORTITVDO.

Signa Fortium.

DIALOGISMVS.



Quæ te cauſa mouet uolucris Saturnia: magni
Vt tumulo inſideas ardua Ariſtomenis?
Hoc moneo. Quãtùm inter aues ego robore præſto,
Tantùm Semideos inter Ariſtomenes.
Inſideant timidæ timidorum buſta columbæ.
Nos aquilæ intrepidis ſigna benigna damus.

Digitized by Google

FORTITVDO.

Ἀνέχου καὶ ἀπέχου.



Et toleranda homini triſtis fortuna ferendo eſt.
Et nimium felix ſæpe timenda fuit.
Suſtine (Epictetus dicebat) & abſtine, oportet
Multa pati, illicitis abſque tenere manus.
Sic ducis imperium uinctus fert poplite taurus
In dextro, ſic ſe continet à grauidis.

In adulari neſcientem.



Scire cupis dominos toties cur Theſſalis ora
Mutet,& ut uarios quærat habere duces:
Neſcit adulari,cuiquámue obtrudere palpum,
Regia quem morem principis omnis habet.
Sed ueluti ingenuus ſonipes,dorſo excutit omnem,
Qui moderari ipſum neſciat Hippocomon.
Nec ſæuire tamen domino fas.ultio ſola eſt,
Dura ferum ut iubeat ferre lupata magis.

Digitized by Google

FORTITVDO.

Obdurandum aduerſus vrgentia.



Nititur in pondus palma: & conſurgit in arcum,
Quo magis & premitur: hoc mage tollit onus.
Fert & odoratas bellaria dulcia glandes,
Queis menſas inter primus habetur honos.
I puer, & reptans ramis has collige, mentis
Qui conſtantis erit: præmia digna feret.

CONCORDIA.

Concordiæ Symbolum.



Cornicum mira inter ſe concordia uitæ eſt.
Inq́; uicem nunquàm contaminata fides.
Hinc uolucres hæc ſceptra gerunt.q; ſcilicet omnes
Conſenſu populi ſtántque,cadúntque duces.
Quem ſi de medio tollas:diſcordia præceps
Aduolat: & ſecum regia fata trahit.

Digitized by Google

Concordia.



In bellum ciuile duces cùm Roma pararet.
Viribus & caderet Martia terra ſuis:
Mos fuit in partes turmis coëuntibus eaſdem,
Coniunctas dextras mutua dona dari.
Fœderis hæc ſpecies. id habet Concordia ſignum.
Vt quos iungit amor: iungat & ipſa manus.

Concordia inſuperabilis.



Tergeminos inter fuerat concordia fratres.
Tanta ſimul pietas mutua, & unus amor:
Inuicti humanis ut uiribus ampla tenerent
Regna, uno dicti nomine Geryonis.

Digitized by Google

Vnum nihil, duos plurimum poſſe.



Laërtæ genitum, genitum quoque Tydeos unà
Hac cera expreßit Zenalis apta manus.
Viribus hic præſtat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cùm duo coniuncti ueniunt, uictoria certa eſt.
Solùm mens hominem, dextrá ue deſtituit.

Firmiſsima conuelli
non poſſe.



Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes:
Danubiumq; omnem barbare Turca bibas.
Non tamen irumpes perfracto limite: Cæſar
Dum Charlus populis bellica ſigna dabit.
Sic ſacræ quercus firmis radicibus aſtant.
Sicca licet uenti concutiant folia.

SPES.

Spes proxima.



Innumeris agitur reſpu. noſtra procellis.
Et ſpes uenturæ ſola ſalutis adeſt.
Non ſecus ac nauis medio circum æquore, uenti
Quam rapiunt: ſalſis iámque fatiſcit aquis.
Quòd ſi Helenæ adueniant lucentia ſydera fratres:
Amiſſos animos ſpes bona reſtituit.

Castor & pol
lux qui a nautis inuo
cantur

by Google

In ſimulachrum Spei.

DIALOGISMVS.



Quæ Dea tam læto ſuſpectans ſydera uultu?
   Cuius peniculis reddita imago fuit?
Elpidij fecere manus. Ego nominor illa,
   Quæ miſeris prõptam Spes bona præſtat opẽ.
Cur uiridis tibi palla? Quòd omnia me duce uernẽt.
   Quid manibus mortis tela refracta geris?

Digitized by Google

Quòd uiuos ſperare decet, præcido ſepultis.
Cur in dolioli tegmine pigra ſedes?
Sola domi manſi uolitantibus undique noxis,
Aſcræi ut docuit muſa uerenda ſenis.
Quæ tibi adeſt uolucris? Cornix fidiſsimus oſcen,
Eſt bene cum nequeat dicere: dicit, Erit.
Qui comites? Bonus euentus, præcepsq́; Cupido,
Qui præeunt? Vigilum ſomnia uana uocant.
Quæ tibi iuncta aſtat? Scelerũ Rhamnuſia uindex,
Scilicet ut ſperes nil niſi quod liceat.

In dies meliora.

Roſtra nouo mihi ſetigeri ſuis obtulit anno,
Hæcq́; cliens uentri xenia (dixit) habe.
Progreditur ſemper, nec retro reſpicit unquam,
Gramina cum pando proruit ore uorax.
Cura uiris eadem eſt, ne ſpes ſublapſa retrorſum
Cedat: & ut melius ſit, quod & ulterius.

Illicitum non ſperandum.



Spes ſimul, & Nemeſis noſtris altaribus adſunt.
Scilicet ut ſperes non niſi quod liceat.

Digitized by Google

VITIA.

PERFIDIA.

In victoriam dolo partam.



Aiacis tumulum lachrymis ego perluo uirtus,
Heu miſera albentes dilacerata comas.
Scili:ct hoc: reſtabat adhuc: ut iudice Græco
Vincerer: & cauſa ſtet potiore dolus.

Digitized by Google

In fraudulentos.

Parua lacerta, atris ſtellatus corpora guttis
Stellio, qui latebras, & caua buſta colit,
Inuidiæ, prauique doli fert ſymbola pictus.
Heu nimium nuribus cognita zelotypis.
Nam turpi obtegitur faciem lentigine quiſquis,
Sit quibus immerſus Stellio, uina bibat.
Hinc uindicta frequens decepta pellice uino,
Quam formæ amiſſo flore relinquit amans.

Dolus in ſuos.

Altilis allectator anas, & cærula pennis
Adſueta ad dominos ire redire ſuos.
Congeneres cernens uolitare per aëra turmas
Garrit: in illarum ſe recipitque gregem,
Prætenſa incautas donec ſub retia ducat.
Obſtrepitant captæ, conſcia at ipſa ſilet.
Perfida cognato ſe ſanguine polluit ales,
Officioſa alijs, exitioſa ſuis.

Maledicentia.

Archilochi tumulo inſculptas de marmore ueſpas
Eſſe ferunt, linguæ certa ſigilla malæ.

In receptatores ſicariorum.



Latronum furúmque manus tibi Scæua per urbem
It comes: & diris cincta cohors gladijs.
Atque ita te mentis generoſum prodige cenſes,
Quòd tua complures allicit olla malos.
En nouus Actæon: qui poſtquàm cornua ſumpſit,
In prædam canibus ſe dedit ipſe ſuis.

In adulatores.



Semper hiat: ſemper tenuem qua ueſcitur auram,
Reciprocat Chamæleon,
Et mutat faciem: uarios ſumitq; colores,
Præter rubrum, uel candidum.
Sic & Adulator populari ueſcitur aura,
Hiansq; cuncta deuorat,
Et ſolùm mores imitatur principis atros,
Albi, & pudici neſcius.

Digitized by Google

PERFIDIA.

Ei qui ſemel ſua prodegerit, aliena credi non oportere.



Colchidos in gremio nidum quid congeris? eheu
Neſcia cur pullos tam malè credis auis.
Dira parens Medæa ſuos ſæuiſsima natos
Perdidit: & ſperas parcat ut illa tuis?

STVLTITIA.

Temeritas.

In præceps rapitur, fruſtra quoque tendit habenas
Auriga: effræni quem uehit oris equus.
Haud facilè huic credas, ratio quem nulla gubernat,
Et temerè proprio ducitur arbitrio.

Furor, & rabies.

Ora gerit clypeus rabioſi picta leonis,
Et ſcriptum in ſummo margine carmen habet:
Hic hominum eſt terror, cuius poſſeſſor Atrida
Talia magnanimus ſigna Agamemno tulit.

In temerarios.



Aſpicis aurigam currus Phaëtonta paterni
Igniuomos auſum flectere Solis equos.
Maxima qui poſtquàm terris incendia ſparſit:
Eſt temerè inſeſſo lapſus ab axe miſer.
Sic plerique rotis Fortunæ ad ſydera Reges
Euecti: ambitio quos iuuenilis agit:
Poſt magnam humani generis cladémque ſuámque,
Cunctorum pœnas denique dant ſcelerum.

In eos qui ſupra vires quicquam audent.



Dum dormit: dulci recreat dum corpora ſomno
Sub picea: & clauam, cæteráque arma tenet:
Alciden pygmæa manus poſternere letho
Poſſe putat: uires non bene docta ſuas.
Excitus ipſe, uelut pulices, ſic proterit hoſtem,
Et ſæui implicitum pelle leonis agit.

Impoſsibile.



Abluis Aethiope. inquid fruſtra? ah deſine, noctis
Illuſtrare nigræ nemo poteſt tenebras.

Cuculi.

Ruricolas, agreſte genus, plerique cuculos
Cur uocitent, quænam prodita cauſſa fuit?
Vere nouo cantat Coccyx, quo tempore uites
Qui non abſoluit, iure notatur iners.
Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
Cui thalamum prodit Vxor adulterio.



Ira.

Alcæam ueteres caudam dixere Leonis,
Qua ſtimulante iras concipit ille graues.
Luthea cum ſurgit bilis, crudeſcit & atro
Felle dolor: furias excitat indomitas.

Digitized by Google

In eum qui ſibi ipſi damnum apparat.



Capra lupum non ſponte, meo nunc ubere lacto,
Quòd malè paſtoris prouida cura iubet.
Creuerit ille ſimul, mea me poſt ubera paſcet.
Improbitas nullo flectitur obſequio.

Fatuitas.

Miraris noſtro quòd carmine diceris Otus,
Sit uetus à proauis cum tibi nomen Otho.
Aurita eſt, ſimiles & habet ceu noctua plumas.
Saltantémque auceps mancipat aptus auem.
Hinc fatuos, captu & faciles, nos dicimus otos.
Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

SVPERBIA.

Superbia.

En ſtatuæ ſtatua, & ductum de marmore marmor
Se conferre deis auſa procax Niobe.
Eſt uitium muliebre ſuperbia. & arguit oris
Duritiem, ac ſenſus, qualis ineſt lapidi.

Impudentia.

Pube tenus mulier, ſuccincta latrantibus infra
Monſtrorum catulis, Scylla biformis erat.
Monſtra putantur auarities, audacia, raptus.
At Scylla eſt, nullus cui ſit in ore pudor.

Philautia.

Quòd nimium tua forma tibi Narciſſe placebat,
In florem, & noti eſt uerſa ſtuporis olus.
Ingenij eſt marcor, cladéſque Philautia. doctos
Quæ peſſum plures dátque, deditque uiros.
Qui ueterũ abiecta methodo, noua dogmata quærũt
Nilque ſuas præter tradere phantaſias.

Garrulitas.

Quid matutinos Progne mihi garrula ſomnos
Rumpis? & obſtrepero Daulias ore canis?
Dignus epops Tereus: qui maluit enſe putare
Quàm linguam immodicam ſtirpitus eruere.

INVIDIA.

Squalida uipereas manducans fœmina carnes,
Cuique dolent oculi, quæq; ſuum cor edit,
Quam macies, & pallor habent. ſpinosáque geſtat
Tela manu. Talis pingitur inuidia.

LVXVRIA.

Luxuria.


Eruca capripes redimitus tempora Faunus
Immodica Veneris ſymbola certa refert.
Eſt eruca ſalax, indéxque libidinis hircus,
Et ſatyri nymphas, ſemper amare ſolent.

Luxurioſorum opes.

Rupibus aërijs, ſummíque crepidine ſaxi
Immites fructus ficus acerba parit.
Quos corui comedũt: quos deuorat improba cornix.
Qui nihil humanæ commoditatis habent.
Sic fatuorum opibus paraſiti, & ſcorta fruuntur.
Et nulla iuſtos utilitate iuuant.

Tumulus meretricis.

Διαλογιστικῶς.



Quis tumulus? Cuia urna? Ephyreæ eſt Laidos: ah nõ
Erubuit tantum perdere Parca decus?
Nulla fuit tum forma illam iam carpſerat ætas,
Iam ſpeculum Veneri cauta dicarat anus.
Quid ſcalptus ſibi uult aries; quem parte leæna
Vnguibus apprenſum poſteriore tenet?
Non aliter captos quòd & ipſa teneret amantes,
Vir gregis eſt aries, clune tenetur amans.

In amatores meretricum.



Villoſæ inductus piſcator tegmina capræ,
Addidit ut capiti cornua bina ſuo,
Fallit amatorem ſtans ſummo in littore Sargum:
In laqueos ſimi quem gregis ardor agit.
Capra refert ſcortum, ſimilis fit Sargus amanti,
Qui miſer obſcœno captus amore perit.



Cauendum à meretricibus.

Sole ſatæ Circes tam magna potentia fertur:
Verterit ut multos in noua monſtra uiros.
Teſtis equûm domitor Picus, tum Scylla biformis,
Atque Ithaci poſtquam uina bibêre ſues.
Indicat illuſtri meretricem nomine Circe,
Et rationem animi perdere, quiſquis amat.

Amuletum Veneris.

Inguina dente fero ſuffoſſum Cypris Adonin
Lactucæ folijs condidit exanimem.
Hinc genitali aruo tantum lactuca reſiſtit:
Quantum eruca ſalax uix ſtimulare poteſt.



Inuiolabiles telo Cupidinis.



Ne dirus te uincat amor, neu fœmina mentem
Diripiat magicis artibus ulla tuam:
Bacchica auis præſto tibi motacilla paretur,
Quam quadriradiam circuli in orbe loces:
Ore crucem & cauda, & geminis ut complicet alis,
Tale amuletum carminis omnis erit,
Dicitur hoc Veneris ſigno Pagaſæus Iaſon,
Phaſiacis lædi non potuiſſe dolis.

Laſciuia. Problema.

Delicias, & molliciem mus creditur albus
Arguere, at ratio non ſat aperta mihi eſt.
An quòd ei natura ſalax, & multa libido eſt?
Ornat Romanas an quia pelle nurus?
Sarmaticum murem uocitant pleriq; Zibellum,
Et celebris ſuaui eſt unguine muſcus Arabs.

Aduerſus naturam peccantes.

Turpe quidem factu, ſed & eſt res improba dictu,
Excipiat ſi quis chœnice uentris onus.
Menſuram, legiſq; modum hoc excedere ſanctũ eſt,
Quale ſit inceſto pollui adulterio.

DESIDIA.

Deſidia.


Deſidet in modio Eſſæus, ſpeculator & aſtra
Subtus & accenſam contegit igne facem.
[redacted],
[redacted].

Deſidiam abijciendam.



Quiſquis iners abeat. Nā in chœnice figere ſedem,
Nos prohibent Samij dogmata ſancta ſenis.
Surge igitur: duroq; manus adſueſce labori.
Det tibi dimenſos craſtina ut hora cibos.

In facilè à virtute deſciſcentes.



Parua uelut limax ſpreto Remora *impete uenti,*
Remorúmque, *ratem ſiſtere ſola poteſt.*
Sic quoſdã ingenio, & uirtute ad ſydera uectos,
Detinet in medio *tramite cauſa leuis.*
Anxia lis *ueluti eſt: uel qui meretricius ardor*
Egregijs iuuenes *ſeuocat à ſtudijs.*

Digitized by Google

Ignaui.

Ignaui ardeolam ſtellarem effingere ſerui
Et ſtudia, & mores, fabula priſca fuit.
Quæ famulum Aſteriam uolucris ſumpſiſſe figurã:
Eſt commenta: fides ſit penes hiſtoricos.
Degener hic ueluti qui cæuet in aëre falco eſt
Dictus ab antiquis uatibus ardelio.



AVARITIA.

Auaritia.

Heu miſer in medijs ſitiens ſtat Tantalus undis,
Et poma eſuriens proxima habere nequit.
Nomine mutato de te id dicetur: auare,
Qui, quaſi non habeas, non frueris quod habes.


In auaros.



Septitius populos inter ditiſsimus omnes,
Arua ſenex, nullus quo magis ampla tenet.
Defraudans geniumq́; ſuum, mensásque paratas,
Nil præter betas, duraq́; rapta uorat.
Cui ſimilem dicam hunc, inopē quem copia reddit?
An'ne aſino? Sic eſt: inſtar hic eius habet.
Namque aſinus dorſo pretioſa opſonia geſtat.
Seq́; rubo, aut dura carice pauper alit.

Digitized by Google

In aulicos.



Vana Palatinos quos educat aula clientes,
Dicitur auratis nectere compedibus.

Digitized by Google

In ſordidos.

Quæ roſtro (clyſtere uelut) ſibi proluit aluum
Ibis, Niliacis cognita littoribus,
Tranſijt opprobrij in nomen. quo Publius hoſtem
Naſo ſuum appellat, Battiadéſque ſuum.

In diuites publico malo.

Anguillas quiſquis captat, ſi limpida uerrat
Flumina, ſi illimes auſit adire lacus,
Caſſus erit, ludétque operam. multum excitet ergo
Si cretæ, & uitreas palmula turbet aquas:
Diues erit. Sic ijs res publica turbida lucro eſt,
Qui pace, arctati legibus, eſuriunt.

Digitized by Google

In auaros, vel quibus melior conditio ab extraneis offertur.



Delphini inſidens uada cærula ſulcat Arion,
Hócque aures mulcet, frænat & ora ſono.
Quàm ſit auari hominis, non tã mẽs dira ferarũ eſt,
Quique uiris rapimur, piſcibus eripimur.

Digitized by Google



Curculione gruis tumida uir pingitur aluo,
Qui Larum, aut manibus geſtat Onocrotalum.
Talis forma fuit Dionyſi, & talis Apici,
Et gula quos celebres delicioſa facit.

Digitized by Google

Ocni effigies. De his qui meretricibus donant: quod in bonos vſus verti debeat.



Impiger haud ceſſat funem contexere ſparto,
Humidaq; artifici iungere fila manu.
Sed quantum multis uix torquet ſtrenuus horis,
Protinus ignaui uentris aſella uorat.
Fœmina iners animal facili congeſta marito
Lucra rapit: mundum prodigit inq; ſuum.

In paraſitos.



Quos tibi donamus, fluuiales accipe cancros,
Munera conueniunt moribus iſta tuis.
His oculi uigiles, & forfice plurimus ordo
Chelarum armatus, maximáque aluus adeſt.
Sic tibi propenſius ſtat pingui abdomine uenter,
Pernicésque pedes, ſpiculáque apta pedi.
Cùm uagus in triuijs, menſæq; ſedilibus erras,
Inq; alios mordax ſcommata ſalſa iacis.

Digitized by Google

Paruam culinam, duobus ganeonibus non ſufficere.



In modicis nihil eſt quod quis lucretur: & unum
Arbuſtum geminos non alit Erythacos.

ALIVD.

In tenui ſpes nulla lucri eſt: unoq; reſidunt
Arbuſto geminæ non bene Ficedulæ.

Digitized by Google

Captiuus ob gulam.



Regnator penoris, menſæ & corroſor herilis
Oſtrea mus ſummis uidit hiulca labris.
Queis tenerā apponēs barbā falſa oſſa momordit,
Aſt ea clauſerunt tacta repente domum.
Deprenſum & tetro tenuerunt carcere furem,
Semet in obſcurum qui dederat tumulum.

In garrulum & guloſum.

Voce boat torua, prælargo eſt gutture, roſtrum
Inſtar habet naſi multiforiſq; tubæ.
Deformem rabulam, addictum uentriq; gulæq;
Signabit uolucer cum truo pictus erit.

NATVRA.

Vis naturæ.

Pana colunt gentes (naturam hoc dicere rerum eſt)
Semicaprumq; hominem, ſemiuirumq; Deum.
Vir tenus umblico eſt, hominũ quòd propria uirtus.
Corde oriens, celſa uerticis arce ſedet.
Hinc caper eſt, quia nos natura in ſecla propagat
Concubitu: ut uolucres, ſquamea, bruta, feras.
Quod commune alijs animantibus, eſt caper inde
Luxuriæ, Veneris ſignaq; aperta gerit.
Cordi alij ſophian, alij tribuere cerebro.
Inferiora modus, nec ratio ulla tenet.

Ars Naturam adiuuans.

Vt Fortuna pilæ, cubo ſic inſidet Hermes.
Artibus hic, uarijs caſibus illa præeſt.
Aduerſus uim Fortunæ *eſt ars facta. ſed artis*
Cum Fortuna mala eſt, ſæpe requirit opem.
Diſce bonas artes igitur ſtudioſa iuuentus,
Quæ certæ ſecum commoda ſortis habent.

UNIVERSIDAD CENTRAL · BIBLIOTECA · FILOSOFIA Y LETRAS

In iuuentam.

Natus uterque Iouis tener,atque imberbis uterque,
Quem Latona tulit,quem tulit & Semele,
Saluete,æterna ſimul & florete iuuenta,
Numine ſit ueſtro quæ diuturna mihi.
Tu uino curas,tu uictu dilue morbos,
Vt lento accedat ſera ſenecta pede.

ASTROLOGIA.

Scyphus Neſtoris.

Neſtoreum geminis cratera hunc accipe fundis,
Quod grauis argenti maſſa profudit opus.
Clauiculi ex auro:ſtant circum quattuor anſæ:
Vnam quanque ſuper fulua columba ſedet.
Solus eum potuit longæuus tollere Neſtor.
Meonidæ doceas quid ſibi muſa u[illegible]
Eſt cœlum ſcyphus ipſe:color argenteus illi eſt:
Aurea ſunt cœli ſidera clauiculi.
Pleiadas eſſe putant,quas dixerit ille columbas.
Vmblici gemini,magna minórque fera eſt.
Hæc Neſtor longo ſapiens intelligit uſu,
Bella gerunt fortes,callidus aſtra tenet.

Quæ ſupra nos, nihil ad nos.



Caucaſia æternum pendens in rupe Prometheus
Diripitur ſacri præpetis ungue iecur.
Et nollet feciſſe hominem: figulóſque peroſus
Accenſam rapto damnat ab igne facem.
Roduntur uarijs prudentum pectora curis,
Qui cœli affectant ſcire, deûmque uices,

In aſtrologos.



Icare per ſuperos qui raptus & aëra, donec
In mare præcipitem cæra liquata daret.
Nunc te cæra eadem, feruénsque exuſcitat ignis,
Exemplo ut doceas dogmata certa tuo.
Aſtrologus caueat quicquam prædicere præceps:
Nam cadet impoſtor, dum ſuper aſtra uolat.

Digitized by Google

Qui alta contemplantur cadere.



Dum turdos uiſco, pedica dum fallit alaudas,
Et iacta altiuolam figit harundo gruem,
Dipſada non prudens auceps pede perculit: ultrix
Illa mali, emiſſum uirus ab ore iacit.
Sic obit extento qui ſydera reſpicit arcu,
Securus fati quod iacet ante pedes.

Digitized by Google

AMOR.

Potentiſsimus affectus amor.



Aſpice ut inuictus uires auriga leonis,
Expreſſus gemma puſio uincat amor,
Vtq; manu hac ſcuticã tenet, hac ut flectit habenas,
Vtq; eſt in pueri plurimus ore decor.
Dira lues procul eſto: feram qui uincere talem
Eſt potis: à nobis temperet an ne manus?

Digitized by Google

Potentia amoris.



Nudus Amor uiden'ut ridet, placidúmque tuetur?
Nec faculas, nec quæ cornua flectat habet.
Altera ſed manuum flores gerit, altera piſcem,
Scilicet ut terræ iura det atque mari.

e: [illegible] cupido gerit utri[illegible] cum piſce [illegible]
hic terram pontum magnus [illegible]
[illegible] amor

Vis amoris.



Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne
Dum demonſtrat uti eſt fortior ignis amor.

Digitized by Google

In ſtudioſum captum Amore.



Immerſus ſtudijs, dicundo & iure peritus,
Et maximus libellio,
Heliodoran amat, quantum nec Thracius unquam
Thereg. *Princeps ſororis pellicem.* philomelam.
Pallada cur alio ſuperaſti iudice Cypri?
Num ſat ſub Ida eſt uincere?

SOFIA

Ἀντέρως, id eſt, amor virtutis.

Διαλογιςικῶς.



Dic ubi ſunt incurui arcus? ubi tela Cupido?
Molliá queîs iuuenum figere corda ſoles?
Fax ubi triſtis? ubi pennæ? tres unde corollas
Fert manus? unde aliam tempora cincta gerunt?
Haud mihi uulgari eſt (hoſpes) cũ Cypride quicquã
Vlla uoluptatis nos neque forma tulit,
Sed puris hominum ſuccendo mentibus ignes
Diſciplinæ: animos aſtráque ad alta traho.
Quattuor eq́; ipſa texo uirtute corollas,
Quarum quæ Sophiæ eſt, tempora prima tegit.

Digitized by Google

Ἀντέρως, Amor virtutis, alium Cupidinem ſuperans.



Aligerum, aligeróque inimicum pinxit Amori,
Arcu arcum, atque ignes igne domans Nemeſis.
Vt quæ alijs fecit patiatur. at hic puer olim
Intrepidus geſtans tela, miſer lachrymat.
Ter ſpuit: inq; ſinus imos (res mira) crematur
Igne ignis, furias odit Amoris Amor.

Digitized by Google


Dulcia quandoque amara fieri.



Matre procul licta paulùm ſeceſſerat infans
Lydius: hunc diræ ſed rapuiſtis apes.
Venerat hic ad uos placidas ratus eſſe uolucres,
Cùm nec ita immitis uipera ſæua foret.
Quæ datis ab dulci ſtimulos pro munere mellis,
Proh dolor, Heu ſine te gratia nulla datur.

Digitized by Google

Ferè ſimile ex Theocrito.



Alueolis dum mella legit: percuſsit Amorem
Furacem mala apes, & ſummis ſpicula liquit
In digitis: tumido gemit at puer anxius ungue.
Et quatit errabundus humum: Venerique dolorem
Indicat: & grauiter queritur, quòd apicula paruum
Ipſa inferre animal tam noxia uulnera poſsit.
Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque dixit
Nate feram, qui das tot noxia uulnera paruus.

In ſtatuam Amoris.



Quis ſit Amor, plures olim cecinere Poëtæ,
Eius qui uario nomine geſta ferunt.
Conuenit hoc, quod ueſte caret, quòd corpore paruus.
Tela, aláſque ferens, lumina nulla tenet.
Hæc ora, hic habitúſque Dei eſt. Sed dicere tantos
Si licet in uates, falſa ſubeſſe reor.
Eccur nudus agat? diuo quaſi pallia deſint,
Qui cunctas domiti poßidet orbis opes.

Digitized by Google

Aut quì quæſo niues boreámque euadere nudus?
Alpinum potuit, ſtrictáque prata gelu?
Si puer eſt, puerum'ne uocas qui Neſtora uincit?
An noſti Aſcræi carmina docta ſenis?
Inconſtans puer, hic peruicax, pectora quæ iam
Trans adijt, nunquam linquere ſponte poteſt.
At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?
An curuare infans cornua dura ualet?
Alas cur'ue tenet, quas neſcit in æthera ferre?
Inſcius in uolucrum flectere tela iecur.
Serpit humi ſempérque uirûm mortalia corda
Lædit: & haud alas ſaxeus inde mouet.
Si cæcus, uittámque gerit, quid tænia cæco
Vtilis eſt? ideò num minus ille uidet?
Quis'ue ſagittiferum credat, qui lumine captus?
Hic certa, aſt cæci ſpicula uana mouet.
Igneus eſt aiunt, uerſatq; in pectore flammas:
Cur age uiuit adhuc? omnia flamma uorat.
Quinetiam tumidis cur non extinguitur undis,
Naiadum quoties mollia corda ſubit?
At tu ne tantis capiare erroribus audi,
Verus quid ſit Amor carmina noſtra ferent.
Iucundus labor eſt, laſciua per ocia. ſignum
Illius eſt, nigro punica glans clypeo.

Digitized by Google

In obliuionem patriæ.



Iam dudum miſſa patria, oblitúsque tuorum,
Quos tibi ceu ſanguis, ſiue parauit amor,
Romam habitas: nec cura domũ ſubit ulla reuerti.
Aeternæ tantùm te capit urbis honos.
Sic Ithacum præmiſſa manus dulcedine Loti
Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.

Digitized by Google

Sirenes.

Abſque alis uolucres, & cruribus abſque puellas,
Roſtro abſque & piſces, qui tamen ore canant:
Quis putet eſſe ullos? iungi hæc natura negauit
Sirenes fieri ſed potuiſſe docent.
Illicium eſt mulier, quæ in piſcem deſinit atrum,
Plurima quòd ſecum monſtra libido uehit.
Aſpectu, uerbis, animi candore, trahuntur,
Parthenope, Ligia, Leucoſiáque uiri.
Has muſæ explumant: has atque illudit Vlyſſes.
Scilicet eſt doctis cum meretrice nihil.


Senex puellam amans.

Dum Sophocles (quamuis affecta ætate) puellam
À quæſtu Archippen ad ſua uota trahit,
Allicit & precio, tulit ægrè inſana iuuentus
Ob zelum, & tali carmine utrunque notat.
Noctua ut in tumulis, ſuper utq́; cadauera bubo,
Talis apud Sophoclem noſtra puella ſedet.

In colores.

Index mœſtitiæ eſt pullus color. utimur omnes
Hoc habitu, tumulis cum damus inferias.
At ſynceri animi, & mentis ſtola candida puræ.
Hinc ſyndon ſacris linea grata uiris:
Nos ſperare docet uiridis. Spes dicitur eſſe
In uiridi, quoties irrita retro cadit.
Eſt cupidis flauus color, eſt & amantibus aptus,
Et ſcortis, & queis ſpes ſua certa fuit.
At ruber armatos equites exornet amictus,
Indicet & pueros erubuiſſe pudor.
Cæruleus nautas, & qui cœleſtia uates
Attoniti nimia relligione petunt.
Vilia ſunt giluis natiuáque uellera birris,
Qualia lignipedes ſtragula habere ſolent.
Quem curæ ingentes cruciant, uel zelus amoris,
Creditur hic fulua non malè ueſte tegi.
Quiſquis ſorte ſua contentus, ianthina geſtet
Fortunæ æquanimis tædia quique ferat.
Vt uaria eſt natura coloribus in gignendis,
Sic alijs aliud. Sed ſua cuique placent.

Virtuti, Fortuna comes.



Anguibus implicitis, geminis caduceus alis,
Inter Amalthææ cornua rectus adeſt.
Pollentes ſic mente uiros, fandique peritos
Indicat, ut rerum copia multa beet.

Digitized by Google

Fortuna, virtutem ſuperans.



Cæſareo poſtquàm ſuperatus milite, uidit
Ciuili undantem ſanguine Pharſaliam:
Iamiam ſtricturus moribunda in pectora ferrum,
Audaci hos Brutus protulit ore ſonos:
Infelix Virtus & ſolis prouida uerbis,
Fortunam in rebus cur ſequeris dominam?

Digitized by Google

Paupertatem ſummis ingenijs obeſſe ne prouehantur.



Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas,
Vt me pluma leuat: ſic graue mergit onus.
Ingenio poteram ſuperas uolitare per arces,
Me niſi paupertas inuida deprimeret.

In Occaſionem.

Δαλογισικῶς.



Lyſippi hoc opus eſt, Sycion cui patria: Tu quis?
Cuncta domans capti temporis articulus.
Cur pinnis ſtas? uſque rotor. Talaria plantis
Cur retines? Paßim me leuis aura rapit.
In dextra eſt tenuis dic unde nouacula? Acutum
Omni acie hoc ſignum me magis eſſe docet.
Cur in fronte coma? Occurēs ut prendar. At heus tu
Dic cur pars calua eſt poſterior capitis?
Me ſemel alipedem ſi quis permittat abire,
Ne poßim apprenſo poſtmodò crine capi.
Tali opifex nos arte, tui cauſa, edidit hoſpes,
Vtq; omnes moneam: pergula aperta tenet.

In ſubitum terrorem.



Effuſo cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

Digitized by Google

In illaudata laudantes.



Ingentes Galatûm ſemermi milite turmas,
Spem præter trepidus fuderat Antiochus,
Lucarum cùm ſæua boum uis, dira proboſcis,
Tum primùm hoſtiles corripuiſſet equos.
Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,
Inſuper & ſocijs occideramus ait,
Bellua ſeruaſſet ni nos fœdiſſima barrus.
Vt ſuperaſſe iuuat: ſic ſuperaſſe pudet.

Digitized by Google

In momentaneam felicitatem.



Aëriam propter creuiſſe Cucurbita pinum
Dicitur: & grandi luxuriaſſe coma.
Cùm ramos complexa, ipſumq; egreſſa cacumen,
Se præſtare alijs credidit arboribus.
Cui pinus: Nimium breuis eſt hæc gloria. nam te
Protinus adueniet quæ malè perdet hyems.

Ex damno alterius, alterius vtilitas.

Dum ſæuis ruerent in mutua uulnera telis,
Vngue leæna ferox, dente timendus aper,
Accurrit uultur ſpectatum, & prandia captat.
Gloria uictoris, præda futura ſua eſt.

Bonis auſpicijs incipiendum.

Auſpicijs res cœpta malis, bene cedere neſcit.
Felici quæ ſunt omine facta, iuuant.
Quicquid agis, muſtella tibi ſi occurrat, omitte:
Signa malæ hæc ſortis beſtia praua gerit.


Nil reliqui.

Scilicet hoc deerat, poſt tot mala denique noſtris
Locuſtæ ut raperent, quicquid ineſſet, agris.
Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,
Qualia non Atylæ, caſtra ue Xerxis erant.
Hæ fœnum, milium, corda omnia conſumpſerunt,
Spes & in anguſto eſt, ſtant niſi uota ſuper.

Male parta, male dilabuntur.

Miluus edax, nimiæ quem nauſea torſerat eſcæ,
Hei mihi, mater ait, uiſcera ab ore fluunt.
Illa autem, quid fles? cur hæc tua uiſcera credas,
Qui rapto uiuens ſola aliena uomis?

Semper preſto eſſe infortunia.



Ludebant parili tres olim ætate puellæ
Sortibus: ad Stygias quæ prior iret aquas.
Aſt cui iactato malè ceſſerat alea talo,
Ridebat ſortis cæca puella ſuæ.
Cùm ſubitó icta caput labente eſt mortua tecto,
Soluit & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduerſis mala ſors non fallitur: aſt in
Fauſtis, nec precibus, nec locus eſt manui.

Digitized by Google

Ex d

Dum ſæuis
Vngue
Accurrit u
Gloria

B

Auſpicijs r
Felici
Quicquid
Signa




Scilicet ho
Locu
Vidimus
Qu
Hæc fœn
Spes

Miluus
H
illa a
C

HONOR.

Ex arduis perpetuum nomen.



Crediderat platani ramis ſua pignora paſſer,
Et bene: ni ſæuo uiſa dracone forent.
Glutijt hic pullos omnes, miſerámque parentem
Saxeus, & tali dignus obire nece.
Hæc, niſi mentitur Calchas monumenta laboris
Sunt longi. cuius fama perennis eat.

Digitized by Google

Remedia in arduo, mala in prono eſſe.




Aetherijs poſtquàm deiecit ſedibus Aten
Iuppiter: Heu uexat quàm mala noxa uiros?
Euolat hæc pedibus celer, & pernicibus alis,
Intactúmque nihil caſibus eſſe ſinit.
Ergo Litæ proles Iouis hanc comitantur euntem,
Sarturæ quicquid fecerit illa mali.
Sed quia ſegnipedes, ſtrabæ, laſſæq; ſenecta,
Nil niſi pòſt longo tempore reſtituunt.

Digitized by Google

HONOR.

Ex arduis perpetuum nomen.



Crediderat platani ramis ſua pignora paſſer,
Et bene: ni ſæuo uiſa dracone forent.
Glutijt hic pullos omnes, miſerámque parentem
Saxeus, & tali dignus obire nece.
Hæc, niſi mentitur Calchas monumenta laboris
Sunt longi, cuius fama perennis eat.

Digitized by Google

Ex literarum ſtudijs immortalitatem acquiri.



Neptuni tubicen, cuius pars ultima cetum,
Aequoreum facies indicat eſſe Deum:
Serpentis medio Triton comprenditur orbe,
Qui caudam inſerto mordicus ore tenet.
Fama uiros animo inſignes præclaráque geſta
Proſequitur: toto mandat & orbe legi.

Digitized by Google

Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis, primi Ducis Mediol.



Pro tumulo pone Italiam, pone arma, Ducesq́;,
Et mare, quod geminos mugit adúsque ſinus.
Adde his barbariem conantem irrumpere fruſtrà,
Et mercede emptas in fera bella manus.
Anguiger aſt ſummo ſiſtens in culmine, dicat:
Quis paruis magnam me ſuper impoſuit?

Optimus ciuis.



Dum iuſtis patriam Thraſybulus uindicat armis,
Dúmque ſimultates ponere quemque iubet,
Concors ordo omnis magni inſtar muneris, illi
Palladiæ ſertum frondis habere dedit.
Cinge comã Thraſybule, geras hunc ſolus honorẽ,
In magna nemo eſt æmulus urbe tibi.

Digitized by Google

Digitized by Google

Strenuoz immortale
nomen.

g haud plus debet Mœonidæ. cuius uer-
sibus celebratus fuit.
g Quam sibi Mœonides. quia præbuit
ma teriam sublimem de qua loque-
tur homer[illegible]us.

g Nobiles & generosi.

g Senatus induebatur lato clauo.
Elfidalgo // Eques ornabatur anulo aureo
// plebeius neutra re utebatur
ut autor est plinius minor. g nil est inæqualius ipsa æqualitate
g Fibula .i. balteus, talabarte pars pro
toto. g Aureo et per hoc significabant
quod in patria essent nati et pro patria
vellent diam obire // De hoc uide Eras-
mum in prouerbio. Cicadarum plum. a los
q de fidalgos se bientan, ut quam superbus
est & cicadarum plumis // patribus .i. sena-
toribus romanis // mulleus color est qui
uulgo dicitur pes mauri quoniam cum colo-
rem habent muli. los barbos. plinius. li. 9.
cap. 17. // indiganas .i. in eo loco natos
& Educatos.

Strenuorum immortale nomen.

Aeacide tumulum Rhœtæo in littore cernis,
Quem plerunque pedes uiſitat alba Thetis.
Obtegitur ſemper uirili lapis hic amarantho,
Quòd nunquam herois ſit moriturus honos.
Hic Graiũ murus.magni nex Hectoris haud plus,
Debet Mæonidæ,quàm ſibi Mæonides.

Nobiles & generoſi.

Aurea Cæcropias nectebat fibula ueſtes:
Cui coniuncta tenax dente cicada fuit.
Calceus Arcadico ſuberat cui lunula ritu,
Geſtatur patribus mullea Romulidis.
Indigenas quòd ſe adſererent:hæc ſigna tulerunt,
Antiqua illuſtres nobilitate uiri.

Duodecim certamina Herculis.

ἀλληγορικῶς.

Roboris inuicti ſuperat facundia laudes.
Dicta Sophiſtarum laqueoſq; reſoluit inanes.
Non furor, aut rabies uirtute potentior ulla eſt.
Continuum ob curſum ſapienti opulentia cedit.
Spernit auaritiam, nec rapto aut fœnore gaudet.
Vincit, fœmineos ſpoliátque inſignibus aſtus.
Expurgat ſordes, & cultum mentibus addit.
Illicitos odit coitus, abigítque nocentes.
Barbaries, feritáſque dat impia denique pœnam.
Vnius uirtus collectos diſſipat hoſtes.
Inuehit in patriã externis bona plurima ab oris.
Docta per ora uirũ uolat, & non interit unquã.

In nothos.

Herculeos ſpurij ſemper celebretis honores:
Nam ueſtri princeps ordinis ille fuit.
Nec prius eſſe deus potuit, quàm ſugeret infans
Lac, ſibi quod fraudis neſcia Iuno dabat.

Imparilitas.

Vt ſublime uolans tenuem ſecat aëra falco,
Vt paſcuntur humi graculus, anſer, anas:
Sic ſummum ſcandit ſuper æthera Pindarus ingens,
Sic ſcit humi tantùm ſerpere Bacchilydes.

Digitized by Google

Duodecim labores herculis hoc Epigrammate Vergiliano Contenti.

Prima Cleonei tolerata ærumna leonis
proxima lærneam ferro et face contudit hydram
Mox Erymanthæum uis tertia perculit Aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua Cervi
Stymphalidas pepulit volucres discrimina quinto.
Threiciam sexto spoliavit Amazona balteo
Septima in Augiæ stabulis impensa laboris
Octavo expulso numeratur adorea tauro
In diomedeis victoria nona quadrigis
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimum mala hesperidum distracta triumphum
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

g Expurgat. propter stabulum Augeæ, quod nomen inflectitur Augeas. augeæ. Vnde proverbium stabulum Augeæ. ut Epistola illa tua videbatur mihi stabulum Augeæ
g Illicitos. i. lege prohibitos. barbarus. propter diomedem pascentem Equos carne humana // Trinus. propter geryonem tricorporem

g In nothos.

g Spurii. vocandi casus est. Spurius est qui patrem incertum habet idem dr. vulgo conceptus .i. omnium filius. Spurius qui vulgo dr bastardo qui patrem scz qualem non licz habere et in hoc Emblemate loquitur Alciatus de his qui habent patrem qualem non licet habere. g Quando uxor filium pellicis admittit ad ubera Viri quasi suum faceret et legitimum hoc primum.

hoc primum in hercule contigit. de hac re meminit Alciatus. in li. 4. parergon in cap. 3.

q Honores. i. sacrificia. Amice placatis Herculem.

q Ordine. i. status et condicionis

q Iuno. propria uxor Iouis.

q Sibi. i. Herculi.

q Fraudis. Nam Iupiter. dormiente Iunone uxore sua herculem infantulum eius vberibus imposuit. quem ex concubina quadam susceperat. legitimum facere cupiens.

q imparilitas.

q Res dissimilles hac ratione distingui possunt. quantum interest inter pindarum et bachyllidem tantum inter te atque illum. pindarus enim grandiloquus fuit. i. scripsit stylo grandi, bachyllides. humillimus. i. scripsit stylo humilli. vterque poeta lyricus. i. qui ad lyram cantabant carmina.

q Sublime. i. sublimiter. en altanería ingens. s. in styli sublimitate.

q Serpere humi. Egregius est loquendi modus. ut Amice tibi verum dicam tibi. serpis humi. q. i. stylo per quam humilli uti. de hac re vide Quintilianum. li. 10. cap. 2.

Digitized by Google

¶ In descis centes

Cauene
imitens
capram
Syriam

¶ Capra Syria est prouerbium
in bene incipientes & male perficien
te quod capra illa patitur se mulgeri
& postea totum lac pedibus effundat
Erasmus in adagiis.
¶ Quod. enquanto que. ¶ in noxam
.i. in damnum & in perniciem.
¶ Mulctrarium: siue mulctra. ae est
uas in quo lac mulgetur. mulctra
ria .i. uasa ad mulgendum parata

¶ Aemulatio impar.

¶ Plinius in praefatione operis sui
inquit. ingenui esse animi fateri
per quos profeceris. hoc non facien
tes comparantur miluo & Sargo
¶ Degener. abatido. ¶ Harpam. for
tassis est auis quae dr. gyri falke. De
hac aue vide plinium. li.10. cap. vl
timo.
¶ Mullus.i. per duplex ll. el barbo
mulus.i. p simplex l. el mulo. ¶ Ab
illo. s. mulo. ¶ Qui. s. Sargus. ¶ Xeno
crates .i. vim potens. ¶ Vt aliqua re
tanquam oculo lippo. ille dicitur qui
certe nollet eam habere sed necessita
te cogitur habere ¶ hoc. s. Xenocrate
¶ Curia studentum .i. Congregatio Sco
lasticorum.

In deſciſcentes.

Quòd ſine egregios turpi maculaueris orſus,
In noxámque tuum uerteris officium,
Feciſti, quod capra, ſui mulctraria lactis
Cum ferit, & proprias calce profundit opes.

Aemulatio impar.

Altiuolam miluus comitatur degener harpam,
Et prædæ partem ſæpe cadentis habet.
Mullum proſequitur qui ſpretas ſargus ab illo,
Præteritáſque auidus deuorat ore dapes.
Sic mecum Oenocrates agit: at deſerta ſtudentum
Vtitur hoc lippo curia tanqnam oculo.

CA DE FILOSOFIA Y LETRAS

Digitized by Google

Albutij ad Alciatum, ſuadentis vt de tumultibus Italicis ſe ſubducat: & in Gallia profiteatur.



Quæ dedit hos fructus arbor, cœlo aduena noſtro,
Venit ab Eoo Perſidis axe prius:
Translatu facta eſt melior: quæ noxia quondam
In patria: hîc nobis dulcia poma gerit.
Fert folium linguæ: fert poma ſimillima cordi,
Alciate hinc uitam degere diſce tuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus,
Multùm corde ſapis, nec minus ore uales.

Digitized by Google

q in Gallia .i. in loco quodam
qui dr Auinon.

q Arbor .i. malus per
sica.

q Coelo .i. regionē nostrae
coeli namque pro regione
frequenter capitur apud
autores, ut apud Horati
um
Coelum, non animum mutant qui trans
mare currunt

q Axe .i. a regione

q De hac re vide Plinium
l. 15. & cap. 15.

q gessit .i. produxit.

q foliam .i. simile linguae

q ffunt .i. ab hac arbo[re]

q Corde .i. intellectu atque prudentia

q Ore .i. facundia atque eloquen
tia.

¶ In rege potissimum lau
datur pax. et tranqui
litas. et cum tranquilli
tate in subditos clemen
tia.

¶ Fratres Titanii. i. [illegible]
[illegible] qui sunt filii
[illegible] ex titanis cui
nomen erat Astraeus
[illegible] in theo
gonia.

¶ Iacle. ad [illegible]
biliendam.


¶ Pius. i. humanus. et be
neficus.

¶ Vadee. i. solus marea. p
[illegible] solos [illegible] del
[illegible].

¶ [illegible] ma. blasones. [illegible]
say

¶ Quod est Anchora. i. fir
mitas. et stabilitas.

Princeps ſubditorum incolu-
mitatem procurans.



Titanij quoties conturbant æquora fratres,
Tum miſeros nautas anchora iacta iuuat.
Hanc pius erga homines Delphin cōplectitur: imis
Tutius ut poßit figier illa uadis.
Quàm decet hæc memores geſtare inſignia Reges
Anchora quod nautis, ſe populo eſſe ſuo?

Digitized by Google

In Senatum boni principis.

DIALOGISMVS.



Effigies manibus truncæ ante altaria Diuûm
Hic reſident: quarum lumine capta prior.
Signa Poteſtatis ſummæ, Sanctiq; Senatus
Thebanis fuerant iſta reperta uiris.
Cur reſident? Quia mente graues decet eſſe quieta
Iuridicos: animo nec uariare leui.
Cur ſine ſunt manibus? Capiant ne præmia: nec ſe
Pollicitis flecti muneribus'ue ſinant.
Cæcus at eſt princeps. Quòd ſolis auribus, abſque
Affectu, conſtans iuſſa Senatus agit.

¶ In senatum boni principis

¶ Erasmus in prouerbio. quid aquilae cum scarabeo. meminit huius hystoriae

¶ Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus ut in. l. solent. de officio proconsulis

Nien todo tiempo.

¶ Truncae .i. mutilatae

¶ hic .i. in hac pictura

¶ Diuum. pro Diuorum

¶ Prior .i. principalior .i. praefectus praetorio.

presidente

¶ Cur resident. Nam mane sedendo fit sapientior. et inde prouerbium. Romanus sedendo vincit

¶ Xenium .i. prioram corripit quam male Alciatus producit Martialis. li. 13.

//. Omnis in hoc paruo xeniorum turba libello.

¶ Iuridicos .i. praetores. los corregidores. alcaldes.

¶ absque affectu .i. absque acceptione personarum. sin ninguna pasion // constans: qui prone minime flectatur

Senatus. ultimam producit quam male Alciatus hic corripuit.

Vespasianus erat qui talia lucra ferebat
cui nummum partem dictus agaso dedit
Si cupis hanc totam rem prorsus noscere, Volue
Tranquilli, in uitam teq; docebit opus.

Tranquillum postquam super hac percurreris ipse
hoc Emblema patet claraq; uerba tenet

Quod attinet ad hunc locum
leges apud Suetoni-
um in vita Vespasia-
ni . cap. 16.

¶ Exprimit. Extruya


¶ Spongiolas .i. locupletes hom.

¶ prouehit. .i. Extollit

¶ Deinde .i. sumpta quappiam
occasione.

¶ fiscum .i. in Crumenam inte-
gram. Nam hoc sibi uult no-
men fiscus.

Quod non capit Chriſtus,
rapit fiſcus.



Exprimit humentes quas iam madefecerat antè
Spongiolas, cupidi Principis arcta manus.
Prouehit ad ſummum fures: quos deinde coërcet,
Vertat ut in fiſcum quæ malè parta ſuum.

Conſiliarij Principum.

Heroum genitos, & magnum fertur Achillem
In ſtabulis Chiron erudijſſe ſuis.
Semiferum doctorem, & ſemiuirum centaurum,
Aſsideat quiſquis regibus, eſſe docet.
Eſt fera, dum uiolat ſocios, dum proterit hoſtes:
Eſtq; homo, dum ſimulat ſe populo eſſe pium.

Principis clementia.

Veſparum quòd nulla unquam Rex ſpicula figet,
Quodq; alijs duplo corpore maior erit.
Arguet imperium clemens, moderataq; regna,
Sanctáque iudicibus credita iura bonis.

RESPVBLICA.

Salus publica.

Phœbigena erectis Epidaurius inſidet aris,
Mitis & immani conditur angue Deus.
Accurrunt ægri, ueniátque ſalutifer orant:
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

Reſpublica liberata.

Cæſaris exitio ceu libertate recepta,
Hæc ducibus Brutis cuſa moneta fuit,
Enſiculi in primis, queis pileus inſuper adſtat,
Qualem miſſa manu ſeruitia accipiunt.

¶ Consiliarij principum

¶ De hac re meminit Ouidius in principio de arte amandi. ¶ Chiron. i. Centaurus

C

¶ Principis clementia

¶ Quod. i. in quantum siue quatenus. i. En quanto ¶ Vesparum. i. apum plinius hac de re. li. 11. capi. 17.

// Duplo. ablatiuus excessus ut sum duplo maior te.

¶ arguet. i. indicat & probat.

¶ Quod q̄ alijs. i. qui quamuis corpore non excedant prudentia & probitate excedant

¶ Res publicae salus.

¶ phoebig. i. Æsculapius appollinis filius ¶ Epidaurus. i. Quoniam ibi potissimum colebatur. De hac fabula. Ouidius. li. 15. transformationum. Ex illo versu. Dum dubitant ¶ [illegible]. i. salutifer ¶ Annuit. Nam loqui non poterat, tantum annuere capite poterat.

¶ Res publica liberata.

¶ Caesaris. primi imperatoris ¶ brutis. quoniam Marcus brutus ac Decimus brutus fuerunt duces in hac caede caesarima. ¶ ca[illegible]sa. i. formata, figurata, De hac re politianus. li. 70. miscellaneor. // Saruna, plurale sunt ipsi serui. ¶ pileus. Erat insigne

libertatis inde prouerbium. vo
Cara seruos ad pileum.

q Inuitam humanam.

q Sumptum est. Ex .. graecorum
Epigrammatum sub auto
...

q pluribus. Quam scatebat ...

q Alias. ... tempore ...
num extulisti.

q magis ludicra. i. vana, leuia
Iocularis. De hac re Iuuenal
... in principio Saty. ... decima
Ex illo ... nascitur

q Splene. Nam splen ... esse
sedes laetitiae

In vitam humanam.



Plus ſolito humanæ nunc defle incommoda uitæ,
Heraclite: ſcatet pluribus illa malis.
Tu rurſus (ſi quando aliâs) extolle cachinnum
Democrite: illa magis ludicra facta fuit.
Intereà hæc cernens meditor, qua denique tecum
Fine fleam, aut tecum quomodo ſplene iocer.

Aere quandoque ſalutem redimendam.



Et pedibus ſegnis, tumida & propendulus aluo,
Hac tamen inſidias effugit arte fiber.
Mordicus ipſe ſibi medicata uirilia uellit.
Atque abicit, ſeſe gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo diſces non parcere rebus,
Et uitam ut redimas, hoſtibus æra dare.

Digitized by Google

¶ Amphybia sunt animalia tam in terris quam in aquis degentia quorum de numero est Castor. oris. siue. fiber. ri.

¶ mordicus. i. dentibus.

¶ medicata. i. medicinis apta. De hac re plinius. li. 8. cap. 30.

¶ obella. i. ob scrotum quod est vagina intra quam testiculi. conclusi sunt

q pudor est non uirtus bar
uam uellere mortuo leom.

q Cupidis. i. lanceae. ponitur
enim pars prototo.

q hostis. i. omnes graecos.

q illis. s. graecis insultanti
bus. fabula est apud
[redacted] homerum. li. 20.
illiadis.

q Comprim. i. non potuit sibi
temperare quin ita loque
retur.

q Distrahite. haec sunt verba
hectoris ad insultantes gre
cos.

q Vel. .. aun. ad ...
est enorementi. // timidi. a
natura.

Google

M O R S.

Cum laruis non luctandum.



Æacidæ moriens percuſſu cuſpidis Hector,
Qui toties hoſtēis uicerat antè ſuos:
Comprimere haud potuit uocē inſultantibus illis:
Dum curru, & pedibus nectere uincla parant.
Diſtrahite ut libitum eſt. ſic caſſi luce leonis
Conuellunt barbam uel timidi lepores.

Digitized by Google

De morte, & Amore.



Errabat ſocio Mors iuncta Cupidine. ſecum
Mors pharetras, paruus tela gerebat Amor.
Diuertêre ſimul, ſimul una & nocte cubarunt,
Cæcus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.
Alter enim alterius malè prouida ſpicula ſumpſit:
Mors aurata, tenet oſſea tela puer.
Debuit inde ſenex qui nunc Acheronticus eſſe:
Ecce amat, & capiti florea ſerta parat.
Aſt ego mutato quia Amor me perculit arcu,
Deficio: inijciunt & mihi fata manum.
Parce puer, Mors ſigna tenens uictricia parce.
Fac ego amem: ſubeat fac Acheronta ſenex.

Digitized by Google

// Demorte & amore

¶ Alias triumphus agitur ab amore. alias triumphus agitur amorte atq; ideo finguntur apoetis cum sagittis. cum pharetris, sed amoris sagittae aureae, mortis sagittae osseae.

¶ Diuertere .i. hospitati sunt .i. ad diuersorium Venerunt.

¶ mors hoc tempore caeca fuit. casu quodam, nam amor semper est caecus

¶ Lubarunt. vox est & antiquis & iunioribus inaudita & ignota

¶ Acheronticus .i. in inferno sepultus ab Acheronte qui unus est de fluuijs infernorum.

¶ parce. verba sunt adolescentis Conquerentis de morte immatura. parce .i. abstine, o tot iuuenum interitu.

¶ Far. bis producit Contra naturam. nam in contrarium reperit apud Ouidium. in. Epist. 2.

Phili-far Expectes Demophoonta tuum.

Atq̃ ideo cuncti dignentur viuere recte
in cautos homines opprimet illa quidem.

Disce perpulchram degere ipse vitam
Nescies quando veniet tibi mors
Q̃ feret quo nescio perge quaeso
viuere recte

Eius est loqui bre
viter cuius est loqui co
piose

q carpere .i. fraudare et deci
pere

Namq̃ permagnum capiemus omnes
Crede res fructum q̃ perite cunctas
ipsa met virtus mihi crede floret
vivite recte

Digitized by Google

In formoſam fato præreptam.



Cur puerum Mors auſa dolis es carpere Amorem?
Tela tua ut iaceret: dum propria eſſe putat.

In mortem præproperam.



Arestius filium habuit Alciato charissimum cuius mortem immaturam in hoc loco deflet.

Qui teneras forma allexit, torſitq; puellas,
Pulchrior, & tota nobilis urbe puer,
Occidit ante diem. nulli mage flendus (Areſti)
Quàm tibi, cui caſto iunctus amore fuit.
Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris
Aſtruis: & querulis uocibus aſtra feris.
Me ſine abis dilecte? neque amplius ibimus unà?
Nec mecum in ſtudijs ocia grata teres?
Sed te terra teget, ſed fati, Gorgonis ora,
Delphinesq;, tui ſigna dolenda dabunt.

nobilis. i. cognitus. graptus est sublatus e medio.

q Gorgonis. i. Medusæ quæ se intuentes in lapides convertebat per quod intelligitur velocitas mor

Digitized by Google

Terminus.

Quadratum inſi ditur firmiſſima teſſera ſaxum,
Stat cirrata ſuper pectore imago tenus,
Et ſeſe nulli profitetur cedere,talis
Terminus eſt,homines qui ſcopus unus agit.
Eſt immota dies,præfixáque tempora fatis,
Deq́; ferunt primis ultima iudicium.



Opulenti hæreditas.

Patroclum falſis rapiunt hinc Troës in armis,
Hinc ſocij,atque omnis turba Pelaſga uctat.
Obtinet exuuias Hector,Græcique cadauer,
Hæc fabella agitur,cum uir opimus obit.
Maxima rixa oritur,tandem ſed tranſigit hæres,
Et coruis aliquid,uulturijsq́; ſinit.

AMICITIA.

Amicitia etiam poſt mortem durans.



Arentem ſenio, nudam quoque frondibus ulmum,
Complexa eſt uiridi uitis opaca coma.
Agnoſcitq; uices naturæ: & grata parenti
Officij reddit mutua iura ſuo.
Exemploq; monet, tales nos quærere amicos,
Quos neque diſiungat fœdere ſumma dies.

Digitized by Google

Mutuum auxilium.



Loripedem ſublatũ humeris fert lumine captus:
Et ſocij hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors ſic præſtat uterq;,
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Digitized by Google

Auxilium nunquam deficiens.



Bina pericla unis effugi ſedulus armis.
Cum premererq́; ſolo, cum premererq́; ſalo,
Incolumem ex acie clypeus me præſtitit. idem
Nauifragum apprenſus littora aduſque tulit.

Gratiæ.



Tres Charites Veneri aſſiſtūt, dominámq; ſequūtur
Hincque uoluptates, atque alimenta parant.
Lætitiam Euphroſyne, ſpecioſum Aglaia nitorem,
Suadela eſt Pithus, blandus & ore lepos.
Cur nudæ? mentis quoniam candore uenuſtas
Conſtat: & eximia ſimplicitate placet.
An quia nil referunt ingrati: atque arcula inanis
Eſt Charitum? qui dat munera, nudus eget.
Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat,
Qui citò dat, minimi gratia tarda pretij eſt.

Implicitis ulnis cur uertitur altera? gratus
Fœnerat. huic remanent una abeunte duæ.
Iuppiter iis genitor, cœli de ſemine diuas
Omnibus acceptas edidit Eurynome.

HOSTILITAS.

In detractores.

Audent flagriferi matulæ, ſtupidique magiſtri
Bilem in me impuri pectoris euomere:
Quid faciam? reddam'ne uices? ſed non'ne cicadam
Ala una obſtreperam corripuiſſe ferar?
Quid prodeſt muſcas operoſis pellere flabris?
Negligere eſt ſatius, perdere quod nequeas.

Inanis impetus.

Lunarem noctu (ut ſpeculũ) canis inſpicit orbem:
Sèque uidens, alium credit ineſſe canem,
Et latrat: ſed fruſtra agitur uox irrita uentis,
Et peragit curſus ſurda Diana ſuos.

Aliquid mali, propter vicinum malum.

Προσωποποιΐα.



Raptabat torrens ollas, quarum una metallo,
Altera erat figuli terrea facta manu.
Hanc igitur rogat illa: uelit ſibi proxima ferri.
Iuncta ut præcipites utraque ſiſtat aquas.
Cui lutea, Haud nobis tua ſunt commercia curæ,
Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat.
Nam ſeu te nobis, ſeu nos tibi conferat unda:
Ipſa ego te fragilis ſoſpite ſola terar.

In eum qui truculentia ſuorum perierit.

PROSOPOPEIA.



Delphinem inuitum me in littora compulit æſtus,
Exemplum inſido quanta pericla mari.
Nam ſi nec proprijs Neptunus parcit alumnis,
Quis tutos homines nauibus eſſe putet?

HOSTILITAS.

Εχθρῶν ἄδωρα δῶρα, In dona hoſtium.



Bellorum cœpiſſe ferunt monumenta uiciſsim
Stutiferum Aiacem, Hectoráque Iliacum.
Balthea Priamides, rigidum Telamonius enſem,
Inſtrumenta ſuæ cepit uterque necis.
Enſis enim Aiacem confecit, at Hectora functum,
Traxêre Aemonijs cingula nexa rotis.
Sic titulo obſequij quæ mittunt hoſtibus hoſtes
Munera: uenturi præſcia fata ferunt.

A mininis quoque timendum.



Bella gerit Scarabæus, & hoſtem prouocat ultrò,
Robore & inferior, conſilio ſuperat.
Nam plumis aquilæ clàm ſe neque cognitus abdit.
Hoſtilem ut nidum ſumma per aſtra petat.
Ouáque confodiens, prohibet ſpem creſcere prolis.
Hócque modo illatum dedecus ultus abit.

VINDICTA.
Iuſta vindicta.



Dum reſidet Cyclops ſinuoſi in faucibus antri,
Hæc ſecum teneras concinit inter oues:
Paſcite uos herbas. ſocijs ego paſcar Achiuis,
Poſtremúmque Vtin uiſcera noſtra ferent.
Audijt hæc Itachus, Cyclopáque lumine caſſum
Reddidit. En pœnas ut ſuus autor habet?

Iuſta vltio.



Raptabat uolucres captum pede coruus in auras
Scorpion, audaci præmia parta gulæ.
Aſt ille infuſo ſenſim per membra ueneno,
Raptorem in ſtygias compulit ultor aquas.
O riſu res digna, alijs qui fata parabat,
Ipſe perit: proprijs ſuccubuitque dolis.

Parem delinquentis, & ſuaſoris culpam eſſe.



Præconem lituo perflantem claßica, uictrix
Captiuum in tetro carcere turma tenet.
Queis ille excuſat: quòd nec ſit ſtrenuus armis,
Vllius aut ſæuo læſerit enſe latus.
Huic illi: Quin ipſe magis timidißime peccas,
Qui clangore alios æris in arma cies.

Alius peccat, alius plectitur.



Arripit ut lapidem catulus, morſuq; fatigat,
Nec percuſſori mutua damna facit.
Sic plærique ſinunt ueros elabier hoſteis.
Et quos nulla grauat noxia: dente petunt.

Inſani gladius.



Lorarius in Phormione.

gulli. porcuno. q. suum .i. porcorum caede.

Setigeri medius ſtabat gregis enſifer Aiax,
Cæde ſuum credens cædere Tantalidas. i. Agamenonem et Menelaum
Hoſtia ſic tanquam ſus ſuccedanea pœnas q Cauea .i. con
pro vl. pre. Pro Laërtiade, pro caueáque dabat. gregatione grae
Neſcit obeſſe ſuis furor hoſtibus, errat ab ictu, corum pro contumelia
Conſiliique impos in ſua damna ruit.

q furor. ira immodica.

Succedaneo hostia erat quae secundo loco caedebatur quando primo litatum non erat. gellius. l.4. cap.6.

PAX.



Turrigeris humeris,dentis quoque barrus eburni,
Qui ſuperare ferox Martia bella ſolet,
Suppoſuit nunc colla iugo:ſtimulisque ſubactus,
Cæſareos currus ad pia templa uehit.
Vel fera cognoſcit concordes undique gentes.
Proiectisque armis munia pacis obit.

Ex bello pax.



En galea intrepidus quam miles geſſerat: & quæ
Sæpius hoſtili ſparſa cruore fuit.
Parta pace apibus tenuis conceßit in uſum
Alueoli: atque fauos gratáque mella gerit.
Arma procul iaceant, fas ſit tunc ſumere bellum:
Quando aliter pacis non potes arte frui.

BIB MADRID
Digitized by Google


Ex pace vbertas.



Grandibus ex ſpicis tenues contexe corollas,
Quas circum alterno palmite uitis eat.
His comptæ Hælciones tranquilli in marmoris undæ
Nidificant: pullos inuolucrésque ſouent.
Lætus erit Cereri, Baccho quoque ſertilis annus,
Aequorei ſi rex alitis inſtar erit.

Digitized by Google

Doctos doctis obloqui
neſas eſſe.



Quid rapis heu Progne uocalem ſæua Cicadam,
Pignoribúsque tuis fercula dira paras?
Ac ſtridula ſtridulam, uernam uerna, hoſpita lædis
Hoſpitam, & aligeram penniger ales auem?
Ergo abice hãc prædã. nã muſica pectora ſummũ eſt
Alterum ab alterius dente perire nefas.

Eloquentia Fortitudine præ-
ſtantior.



Arcum læua tenet. rigidam fert dextera clauam,
Contegit & Nemees corpora nuda leo.
Herculis hæc igitur facies? non conuenit illud
Quòd uetus & ſenio tempora cana gerit.
Quid quòd lingua illi leuibus traiecta cathenis,
Queis fiſſa faciles allicit aure uiros?
An'ne quòd Alciden lingua non robore Galli
Præſtantem, populis iura dediſſe ferunt?
Cedunt arma togæ, & quamuis duriſſima corda
Eloquio pollens ad ſua uota trahit.

.i. Vemedium contra venenum.

SCIENTIA.


Facundia difficilis.

q .i. veneno tincta.

q Aeaeae. a uocabulo zum quss in porco ... trans formavit dicto est Aeaea, ab αι, αι.

Antidotum Aeææ medicata in pocula Circes
Mercurium hoc Ithaco fama dediſſe fuit
Moly uocant id uix radice euellitur atra,
Purpureus.ſed flos,lactis & inſtar habet.
Eloquij candor facundiáque allicit omnes,
Sed multis res eſt tanta laboris opus.

Nam sapientia radices habet amaras fructus vero dulces.



Antiquiſsima quæque commentitia.

APOLOGESIS.

Pellenæe ſenex,cui forma eſt hiſtrica,Proteu,
Qui modò mēbra uiri fers,modò mēbra feri,
Dic age quæ ſpecies ratio te uertit in omnes,
Nulla ſit ut uario certa figura tibi?
Signa uetuſtatis,primæui & præfero ſecli:
De quo quiſque ſuo ſomniat arbitrio.


Digitized by Google

Inſignia Poëtarum.



Gentiles clypeos ſunt qui in Iouis alite geſtant,
Sunt quibus aut Serpens, aut Leo ſigna ferunt.
Dira ſed hæc Vatum fugiant animalia ceras,
Doctáque ſuſtineat ſtemmata pulcher Olor.
Hic Phœbo ſacer, & noſtræ regionis alumnus.
Rex olim, ueteres ſeruat adhuc titulos.

Muſicam Dijs curæ eſſe.



Locrenſis poſuit tibi delphice Phœbe cicadam
Eunomus hanc, palmæ ſigna decora ſuæ.
Certabat plectro Sparthyn commiſſus in hoſtem,
Et percuſſa ſonum pollice fila dabant.
Trita fides rauco cœpit cùm ſtridere bombo,
Legitimum harmonias & uitiare melos,
Tum Citharæ argutans ſuauis ſeſe intulit ales,
Quæ fractam impleret uoce cicada fidem.
Quæq; allecta, ſoni ad legem deſcendit ab altis
Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.
Ergo tuæ ut firmus ſtet honos (ô ſancte) cicadæ,
Pro cithara hic fidicen æneus ipſa ſedet.

Digitized by Google

Litera occidit, ſpiritus viuificat.



Vipereos Cadmus dentes ut credidit aruis,
Seuit & Aonio ſemina dira ſolo:
Terrigenum clypeata cohors exorta uirorum eſt,
Hoſtili inter ſe qui cecidere manu.
Euaſere quibus monitu Tritonidos armis
Abiectis data pax, dextráque iuncta fuit.
Primus Agenorides elementa, notáſque magiſtris
Tradidit, ijs ſuauem iunxit & harmoniam.
Quorum diſcipulos contraria plurima uexant,
Non niſi Palladia quæ dirimuntur ope.

Dicta ſeptem ſapientum.

Hæc habeas: ſeptem Sapientum effingere dicta,
Atque ea picturis qui celebrare uelis.
Optimus in rebus modus eſt (Cleobulus ut inquit)
Hoc trutinæ examen, ſiue libella docet.
Noſcere ſe Chilon Spartanus quenque iubebat.
Hoc ſpecula in manibus, uitráque ſumpta dabūt.
Quod Periander ait, fræna adde Corinthius iræ
Pulegium admotum naribus efficiet.
Pittacus at ne quid (dixit) nimis. hæc eadem aiunt,
Contracto qui gith ore liquefaciunt.
Reſpexiſſe Solon finem iubet. ultimus agris
Terminus, haud magno ceſſerit ipſe Ioui.
Heu quàm uera Bias, Eſt copia magna malorum
Muſmoni inſideat effice ſardus eques.
Ne præs eſto (Thales dixit) ſic illita uiſco
In laqueos ſociam parra, merópsque trahit.



Submouendam ignorantiam.

Διαλόγισμος.



Quod mõſtrũ id? Sphinx eſt. Cur cãdida uirginis ora,
Et uolucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem aſſumpſit rerum ignorantia: tanti
Scilicet eſt triplex cauſa & origo mali.
Sunt quos ingeniũ leue, ſunt quos blãda uoluptas,
Sunt & quos faciunt corda ſuperba rudes.
At quibus eſt notum, quid delphica litera poſſit:
Præcipitis monſtri guttura dira ſecant.
Nãq; uir ipſe, bipéſq; tripéſq; & quadrupes idẽ eſt,
Primáq; prudentis laurea, noſſe uirum.

Digitized by Google

IGNORANTIA.

Mentem, non formam plus pollere.



Ingreſſa uulpes in Choragi pergulam,
Fabrè expolitum inuenit humanum caput,
Sic eleganter fabricatum, ut ſpiritus
Solùm deeſſet, cæteris uiuiſceret.
Id illa cùm ſumpſiſſet in manus, ait:
Hoc quale caput eſt, ſed cerebrum non habet.

Diues indoctus.



Tranat aquas reſidens precioſo in uellere Phrixus,
Et flauam impauidus per mare ſcandit ouem.
Ecquid id eſt? uir ſenſu hebeti, ſed diuite gaza,
Coniugis aut ſerui quem regit arbitrium.

Digitized by Google

MATRIMONIVM.

In fidem vxoriam.



Ecce puella, uiro quæ dextra iungitur. Ecce
Vt ſedet: ut catulus luſitat ante pedes?
Hæc fidei eſt ſpecies: Veneris quam ſi educat ardor:
Malorum in læua non malè ramus erit.
Poma etenim Veneris ſunt, ſic Scheněida uicit
Hippomenes. petijt ſic Calathea uirum.

Digitized by Google

Reuerentiam in matrimonio requiri.



// praesentem se exibet //

Cùm furit in Venerem: pelagi ſe in littore ſiſtit
Vipera: & ab ſtomacho dira uenena uomit.
Murænámq; ciens, ingentia ſibila tollit,
At ſubitò amplexus appetit illa uiri. Vipera
Maxima debetur thalamo reuerentia, coniunx
Alternum debet coniugi & obſequium.
multum vicissitudinarium

Digitized by Google

In fœcunditatem ſibi ipſi damnoſam.



q[uod] de hac re est elegia Ouidij cum commentarijs Erasmi

Ludibrium pueris lapides iacientibus, hoc me
In triuio poſuit ruſtica cura nucem. quaedam . stella
Quæ laceris ramis, perſtrictóque ardua libro, " Cortice meo.
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid ſterili poſſet contingere turpius? eheu
q[uo]. mihi si sterilis fuissem " *Infelix: fructus in mea damna fero.*

hominis facultas multa mala docet alios
sic docemur exemplo nucis

Amor filiorum.



Nullus est amor quod maternum vincat, hoc docemur exemplo palumbis.

Ante diem uernam boreali cana palumbes
Frigore nidificat: præcoqua & oua fouet.
Mollius & pulli ut iaceant ſibi uellicat alas,
Queis nuda hyberno deficit ipſa gelu.
Ecquid Colchi pudet, uel te Procne improba? mortẽ
Cùm uolucris propriæ prolis amore ſubit?

Pietas filiorum in parentes.



Per medios hoſteis patriæ, cùm ferret ab igne
Aeneas humeris dulce parentis onus.
Parcite (dicebat) uobis ſene adorea rapto
Nulla erit: erepto ſed patre ſumma mihi.

Mulieris famam, non formam, vulgatam eſſe oportere.

DIALOGISMVS.



Alma Venus quænam hæc facies, quid denotat illa
Teſtudo, molli quam pede diua premis?
Me ſic effinxit Phidias, ſexumq́; referri
Fœmineum, noſtra iuſſit ab effigie.
Quódq; manere domi, & tacitas decet eſſe puellas,
Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

In pudoris ſtatuam.


Penelope deſponſa ſequi cupiebat Vlyſſem,
Ni ſecum Icarius mallet habere pater.
Ille Ithacam, hic offert Spartem: manet anxia uirgo.
Hinc pater, inde uiri mutuus urget amor.
Ergo ſedens uelat uultus, obnubit ocellos.
Iſta uerecundi ſigna pudoris erant.
Queis ſibi prælatum Icarius cognouit Vlyſſem,
Hócque pudori aram ſchemate conſtituit.



Nupta contagioſo.

Dij meliora pijs (Mezenti) cur age ſic me
Compellas: emptus quòd tibi dote gener.
Gallica, quem ſcabies, dira & mentagra perurit.
Hoc eſt quidnam aliud (dic mihi ſæue pater)
Corpora corporibus: quàm iungere mortua uiuis,
Efferáque Etruſci facta nouare ducis?

Ad illuſt. Maximil ducem Mediol. Super inſigni Ducatus Mediolan. Emblema.



Exiliens infans ſinuoſi è faucibus anguis,
Eſt gentilitijs nobile ſtemma tuis.
Talia Pellæum geßiſſe nomiſmata regem
Vidimus, hisq; ſuum concelebraſſe genus.
Dũ ſe Ammone ſatũ, matre anguis imagine luſam,
Diuini & ſobolem ſeminis eſſe docet.
Ore exit, tradunt ſic quoſdam enitier angues,
An quia ſic Pallas de capite orta Iouis?

Mediolanum.

Bituricis ueruex, Heduis dat Sucula ſignum.
His populis patriæ debita origo meæ eſt,
Quam Mediolanum Sacram dixere puellæ,
Terram: nam uetus hoc Gallica lingua ſonat.
Culta Minerua fuit, nunc eſt, ubi numine Tecla
Mutato matris uirginis ante domum.
Laniger huic ſignum Sus eſt, animalq; biforme
Acribus hinc ſetis, lanitio inde leui.

Nunquàm procraſtinandum.

ALCIATAE *gentis inſignia ſuſtinet alce,*
Vnguibus & μηδ' ἐν fert ἀναβαλλόμενος.
Conſtat Alexandrum ſic reſpondiſſe roganti,
Qui tot obiuiſſet tempore geſta breui?
Nūquā (inquit) differre uolēs. quod & indicat Alce
Fortior hæc dubitet ocyor an'ne ſiet.

Digitized by Google

ARBORES.

Cupreſſus.

Indicat effigies metæ, nomenq; Cupreßi
Tractandos parili conditione ſuos.

ALIVD.

Funeſta eſt arbor, procerū monumenta Cupreſſus,
Quale Apium plebis, comere fronde ſolet.

ALIVD.

Pulchra coma eſt, pulchro digeſtaq; ordine frōdes,
Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.

Quercus.

Grata Ioui eſt quercus, qui nos ſeruatq;, fouetq;.
Seruanti ciuem querna corona datur.

ALIVD.

Glande aluit ueteres, ſola nunc proficit umbra,
Sic quoque ſic arbos officioſa Iouis.

Laurus.

Præſcia uenturi laurus fert ſigna ſalutis.
Subdita puluillo ſomnia uera facit.

Digitized by Google

ALIVD.

Debetur Carolo ſuperatis laurea Pœnis:
Victrices ornent talia ſerta comas.

Abies.

q alludit ad uerba Virgilij in Eglo.7.

Apta fretis abies in montibus editur altis:
Eſt & in aduerſis maxima commoditas.

// in maximis tempestatibus.

// species quaedam pini

Picea.

At picea emittat nullos quòd ſtirpe ſtolones,
Illius eſt index, qui ſine prole perit.

surculos, pimpollos, renuevos.

Cotonea.

Poma nouis tribui debere Cydonia nuptis
Dicitur antiquus conſtituiſſe Solon.
Grata ori & ſtomacho cum ſint, ut & halitus illis
Sit ſuauis, blandus manet & ore lepos.

Plutarchus in uita Solonis.

// animo, al huelgo

emittatur, erumpat, proficiscatur

Ilex.

Duritie nimia quòd ſeſe rumperet ilex,
Symbola ciuilis ſeditionis habet.

signum et insignia.

q quercus est arbor glandifera. illex arbor est quae fert coccum. grana, o coscoja, non autem glandem, haec sponte a radice in duas partes diffinditur,

Hedera.

Haudquaquam areſcens hederæ eſt arbuſcula, Ciſſo
Quæ puero Bacchum dona dediſſe ferunt:
Errabunda, procax, auratis fulua corymbis,
Exterius uiridis, cætera pallor habet.
Hinc aptis uates cingunt ſua tempora ſertis:
Palleſcunt ſtudijs, laus diuturna uiret.

"a Cisso" — "poeta"

q lege plinium l. 16. cap. 15. de hedera.

.1. species auri praeferentibus

q caetera. lignum ipsum.

.1. suggens substantiam arboris cui adhaeret chupadora

aptis .1. appositis et conuenientibus, accommodatis.

Buxus.

Perpetuo uiridis, criſpoq́; cacumine buxus,
Vnde eſt diſparibus fiſtula facta modis,
Delitijs apta eſt teneris & amantibus arbor.
Pallor ineſt illi, pallet & omnis amans.

Malus medica.

Aurea ſunt Veneris poma hæc: iucundus amaror
Indicat, eſt Græcis ſic γλυκύπικρος amor.

Populus alba.

Herculeos crines bicolor quòd populus ornet,
Temporis alternat nóxque, dieſq́; uices.

Salix.

Quòd frugiſperdem ſalicem uocitarit Homerus,
Clitorijs homines moribus adſimilat.

Amygdalus.

Cur properans folijs præmittis amygdale flores?
Odi pupillos præcocioris ingeni.

Morus.

Serior at Morus nunquam niſi frigore lapſo
Germinat: & ſapiens nomina falſa gerit.

FINIS.

TABVLA EMBLEMATVM IN LOCOS COMMVNES DIGESTORVM.

DEVS, SIVE RELIGIO.

In deo lætandum 7
Sapientia humana,ſtultitia eſt apud Deũ 8
Ficta Religio 9
Non tibi,ſed religioni. 10
Quâ Dij Vocant,eundum. 11

VIRTVTES.

FIDES.

Fidei Symbolum 12
Fœdera 13
Silentium 14
Non vulganda conſilia 15
Nec quæſtioni quidem cedendum 16

PRVDENTIA.

Conſilio,ac virtute Chimæram ſuperari:id eſt fortiores,& deceptores 17
Vigilantia,& cuſtodia 18
Νῆφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν 19
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον, οὐκ ἐτελέσθη 20

Prudentes 21
Prudens magis quàm loquax 22
Maturandum 23
In deprehenſum 24
Cuſtodiendas virgines 25
Vino Prudentiam augeri 26
Prudentes vino abſtinent 27
In ſtatuam Bacchi 28

IVSTITIÆ.

Nec verbo, nec facto quenquam lædendũ 30
Tandem, tandem Iuſtitia obtinet 31
Etiam ferociſsimos domari 32
Gratiam referendam 33
Abſtinentia 34
Bonis à diuitibus nihil timendum 35

FORTITVDO.

Signa fortium 36
Ἀ'νέχου καὶ ἀπέχου 37
In adulari neſcientes 38
Obdurandum aduerſus vrgentia 39

CONCORDIÆ.

Concordiæ Symbolum 40
Concordia 41
Concordia inſuperabilis 42
Vnum nihil, duos plurimum poſſe 43
Firmiſsima conuelli non poſſe 44

Digitized by Google

SPES.

Spes proxima 45
In ſimulachrum Spei 46
In dies meliora 47
Illicitum non ſperandum 48

VITIA.

PERFIDIÆ.

In victoriam dolo partam 49
In fraudulentos 50
Dolus in ſuos ibidem
Maledicentia ibidem
In receptatores ſicariorum 51
In adulatores 52
Ei qui ſemel ſua prodegerit, aliena credi non oportere 53

STVLTITIÆ.

Temeritas 54
Furor & rabies ibidem
In temerarios 55
In eos qui ſupra vires quicquam audent 56
Impoſsibile 57
Cuculi 58
Ira ibidem
In eum, qui ſibiipſi damnum apparat 59
Fatuitas 60

SVPERBIÆ.

Superbia ibidem

Impudentia ibidem
Philautia ibidem
Garrulitas 61

INVIDIÆ.

Inuidia ibidem

LVXVRIÆ.

Luxuria ibidem
Luxurioſorum opes ibidem
Tumulus Meretricis 62
In amatores Meretricum 63
Cauendum à Meretricibus 64
Amuletum Veneris ibidem
Inuiolabiles telo Cupidinis 65
Laſciuia 66
Aduerſus Naturam peccantes ibidem

DESIDIÆ.

Deſidia ibidem
Deſidiam abijciendam 67
In facilè à Virtute deſciſcentes 68
Ignaui 69

AVARITIÆ.

Auaritia ibidem
In auaros 70
In aulicos 71
In Sordidos 72
In diuites publico malo ibibem

In auaros. Vel quibus melior conditio ab extraneis offertur 73

GVLA.

Gula 74
Ocni effigies 75
In Paraſitos 76
Paruam culinam duobus ganeonibus non ſufficere 77
Captiuus ob gulam 78
In Garrulum, & Guloſum 79

NATVRA.

Vis naturæ ibidem
Ars Naturam adiuuat ibidem
In iuuentam 80

ASTROLOGIA.

Scyphus Neſtoris ibidem
Quæ ſupra nos, nihil ad nos 81
In Aſtrologos 82
Qui alta contemplantur cadere 83

AMOR.

Potentiſsimus affectus Amor 84
Potentia amoris 85
Vis amoris 86
In ſtudioſum amore captum 87
Αντέρως. id eſt, amor Virtutis 88
Αντέρως. Amor Virtutis alium Cupidinem ſuperans 89
Dulcia quandoque amara fieri 90

Fere ſimile,ex Theocrito 91
In ſtatuam Amoris 92
In obliuionem patriæ 94
Sirenes 95
Senex puellam amans ibidem
Colores 96

FORTVNA.

Virtuti Fortuna comes 97
Fortuna Virtutem ſuperans 98
Paupertatem ſummis ingenijs obeſſe,ne pro uehantur 99
In Occaſionem 100
In ſubitum terrorem 101
In illaudata laudantes 102
In momentaneam felicitatem 103
Ex damno alterius vtilitas 104
Bonis auſpicijs incipiendum ibidem
Nil reliqui ibidem
Malè parta,malè dilabuntur ibidem
Semper præſto eſſe infortunia 105
Remedia in arduo,mala in prono eſſe 106

HONOR.

Ex arduis perpetuum nomen 107
Ex literarum ſtudijs immortalitatem acquiri 108
Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis,Primi Ducis Mediolanenſis 109
Optimus ciuis 110
Strenuorum immortale nomen 111

Nobiles,ac generoſi ibidem
Duodecim certamina Herculis 112
In nothos ibidem
Imparilitas ibidem
In deſciſcentes 113
Æmulatio impar ibidem
Albutij ad D.Alciatum ſuadentis vt &c. 114

PRINCEPS.

Princeps ſubditorum incolumitatem procurans 115
In Senatum boni Principis 116
Quod non capit Chriſtus,rapit Fiſcus 117
Conſiliarij Principum 118
Clementia Principis ibidem

RESPVBLICA.

Salus publica ibidem
Reſpublica liberata ibidem

VITA.

In vitam humanam 119
Ære quandoque ſalutem redimendam 120

MORS.

Cum Laruis non lnctandum 121
De Morte,& Amore 122
In formoſam fato præreptam 123
In mortem præproperam 124
Terminus 125
Opulenti hæreditas ibidem

AMICITIA.

Amicitia etiam poſt mortem durans 126
Mutuum auxilium 127
Auxilium nunquam deficiens 128
Gratiæ 129

HOSTILITAS.

In detractores 130
Inanis impetus ibidem
Aliquid mali, propter vicinum malum 131
In eum qui truculentia ſuorum perierit 132
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα In dona hoſtium 133
A minimis quoque timendum 134

VINDICTA.

Iuſta vindicta 135
Iuſta vltio 136
Parē delinquentis, & ſuaſoris culpā eſſe 137
Alius peccat, alius plectitur 138
Inſani gladius 139

PAX.

Pax 140
Ex bello Pax 141
Ex pace vbertas 142

SCIENTIA.

Doctos Doctis obloqui nefas eſſe 143
Eloquentia, fortitudine præſtantior 144
Facundia difficilis 145

Google

Antiquiſsima quæque commentitia ibid.
Inſignia Poëtarum 146
Muſicam Dijs curæ eſſe 147
Litera occidit: Spiritus viuificat 148
Dicta ſeptem ſapientum 149

IGNORANTIA.

Submouendam ignorantiam 150
Mentem, non formam plus pollere 151
Diues indoctus 152

MATRIMONIVM.

In fidem vxoriam 153
Reuerentiam, in matrimonio requiri 154
Infertilitatem ſibijpſi damnoſam 155
Amor filiorum 156
Pietas filiorum in Parentes 157
Mulieris famam, non formam vulgatam eſſe oportere 158
In pudoris ſtatuam 159
Nupta contagioſo ibidem

INSIGNIA.

Ad illuſtriſsimum Maximilianum &c. 160
Mediolanum 161
Nunquam procraſtinandum ibid.

ARBORES.

Cupreſſus 162
Aliud ibid.

Aliud	ibid.
Quercus	ibid.
Aliud	ibid.
Laurus	ibid.
Aliud	163
Abies	ibid.
Picea	ibid.
Cotonea	ibid.
Ilex	ibid.
Hædera	ibid.
Buxus	164
Malus medica	ibid.
Populus alba	ibid.
Salix	ibid.
Amygdalus	ibid.
Morus	ibid.

FINIS.

Lugduni,

Mathias Bonhomme

EXCVDEBAT.

Digitized by Google

PRIVILEGE DV ROY.

IL a pleu au Roy noſtre Syre, de dõner priuilege & permiſsion à Guillaume Rouille libraire, & à Macé Bonhõme Imprimeur demourãs à Lyõ, d'imprimer ou faire imprimer vn petit liure intitulé Emblemata Alciati, qu'ilz ont faict dreſſer & mettre en ordre par tiltres generaulx & lieux cõmuns pour plus facile intelligẽce d'iceluy, ont auſsi adiouſté figures nouuelles & propres à pluſieurs deſdicts Emblemes qui n'auoient au parauãt oncques eſté faictes, n'inuentées. Parquoy, ſont faictes deffences de par ledict ſeigneur à tous libraires, & Imprimeurs, & autres ſur certaines grãs peines, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ou diſtribuer en ſon Royaulme, pays, terres & ſeigneuries, deſdicts Emblemata Alciati, de telle ſorte, ou ſemblable inuention, ordonnãce, correction, augmẽtatiõ, ne cõtrefaire leurs figures nouuelles en quelque maniere & en quelque volume que ce ſoit, iuſques au temps & terme de ſix ans prochaīs, cõme plus à plain eſt contenu es lettres patentes ſur ce deſpeſchées à Maſcon, le ix. d'Aouſt, M.D. xlviij. Signées, Le Chandelier: Et ſcellées du grand ſcel en cyre Iaulne, ſur ſimple queue.

Digitized by Google

2